

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber vigesimussecundus, De cruce

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

LIBER VIGESIMVSSECVNDVS,

De

CRUCE.

Caput Primum.

AN IMAGINES CRUCIS IN VSV FVERINT ante Constantinum.



DE CRUCE disputant Papistæ: Bellarminus de Sanctis lib. 2. cap. 26. & seqq. Costerus Eucharidij capite 13. Alphonsus de Castro contra Hæreses lib. 2. capite de Adoratione. Gretserus tomis tribus. Lindanus Panophæ libro 4. capite 97. Vasques in 3. Thomæ disputat. 11. Alphonsus de Castro libro 1. Verbo Adoratio, hæresis 1. Alanus Copus dialogi 4. capite 3. & seqq. Lorichius in Fortalitio. Et Gallice Richomus de Imaginibus ca. 36. Franciscus Salefus, in Defensione vexilli crucis. Catholici. Guilielmus Farellus

Lucas mutationem factam esse nominis Discipulorum, in nomen Christianorum. At iste suppositivus canon habet mutatum fuisse nomen Galilæorum. Quo tamen ipso, Christianos tum temporis appellatos fuisse nullum testimonium docet. Itaq; prolixè supposita est hæc Antiochena Synodus ac proinde hic canon. Nec sane Baronius eam sua diligentia dignâ credidit.

Gallice de vero vsu crucis: Hospinianus de Origine imaginum. Antonius Fayus Pastor Ecclesiæ Genevensis, scripsit tractatum de virtute Crucis, cui suam Apologiam Salefus opposuit, quam Fayus prolixè solideque refutavit.

VII. Argumentum secundum. Quia ad Galatas scribit Paulus, O inserti Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus depictus est, in vobis crucifixus. Quod perinde est, ac si diceret Apostolus, quorum circumcidimini, si Christum crucifixum prædicatis, & imagines crucifixi ante oculos positas habetis, quæ vos stultitiæ ac delirij plane arguant? Et testem citat Gretserus Athanasium sermone de S. Patriarchis & Prophetis.

II. Crucis nomen tria significat, ad hanc controuersiam spectantia. Primo ipsum lignum, in quo Christus affixus, animam Patri reddidit. Secundo, signum crucis, *αυτοσταυρον*, formatum in aere certo digitorum motu. Tertio, crucis imagines ex certa materia, siue ea solida sit, siue ex coloribus. Prima significatione, prolixè disputant Papistæ, de materia, & forma. An ex vno ligni genere, an ex pluribus. Fuere enim tam supini ingenij, qui ex quatuor, Cypresso, Cedro, Pino, & Buxo: alij ex Palma, Oliua, Cedro, Cupressu: alij ex quercu sola. De forma prolixè Lipsius, Bellarminus nonnulla. Gretserus non pauca. Sed hæc omnia nos libenter otiosis relinquimus, certo nobis persuadentes, inuilia esse ad fidem: itaque nunquam inquisita, nisi inclinante iam Christianitate ad superstitionem.

VIII. At hic eorum verborum sensus nunquam hæcenus auditus erat sermo ille non est inter Athanasij opera, nec mihi vsquam visus. Reliqui omnes Paulum longè aliter explicant. Græci cuncti: de Christo crucifixo per Euangelij prædicationem: ex qua fides vera tam certo apprehendit crucifixum, quam si oculis propriis videret. Chrysostomus, *Τὸ πνεῦμα τοῦ κυρίου καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἀπέβη ἐκ τῆς σταυροῦ, ἀλλὰ ἀπέβη ἐκ τῆς σταυροῦ καὶ τῆς σταυροῦ ἀπέβη τὸ πνεῦμα τοῦ κυρίου καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ*; Fidei vim ostendit, quæ etiam longe distra videre potest. Nec dixit, crucifixus est, sed, præscriptus est crucifixus: significans eos fidei oculis exactius contemplatos esse, quam quosdam præsentium, & quæ gererantur videntium. Theodoretus, *Ἦν ἀπὸ τῆς σταυροῦ, ὡς ἐκ τῆς σταυροῦ, ἀπέβη τὸ πνεῦμα τοῦ κυρίου καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ*; Præsumptus est, inquit, hoc est, per prædicationis picturem: Quasi diceret: Prædicatione depictus vobis crucem, vos autem oculis fidei eam tanquam præsentem videbatis: Sic enim credidistis, quasi ipsam Christum crucem conspexissetis. Nec aliter Theophylactus.

III. Quid ergo? Nempè de vsu Crucis post Christum, tum de honore quæstio est præcipua. De vsu; an vetus Ecclesia solita sit crucis imagines subsistentes erigere. Nam signum illud in aere, consilium crebro vsurpatum: quæcunque tandem vsurpandi causa fuerit. Quamquam hæc præcipua videatur; testandæ Christianitatis. Certum enim ex Minutio, aliquid fuisse signum, quo se Christiani agnoscerent, etiam quum metu tyrannorum, non profiterentur palam. Sed imagines negantius vllas in vsu fuisse autè temporis Constantini, qui primus Labarum consecit in formam crucis. At Papistæ contra asserunt, imagines crucis & crucifixi esse antiquissimas, & ipsis Apostolorum temporibus fieri solitas.

IX. Latini diuersi abeunt. Sunt qui Græcis hæceant. Hieronymus. Nobis rectè scriptus est Christus, docuitur patibulo & passione, alapis, & flagellus, omnis prophetarum prædicitur eborus: ut crucem ipsius non de Euangelio tantum, in quo crucifixus refertur, sed multo ante quam descendere dignaretur ad terras, & hominem qui est crucifixus, assumeret, nonerimus. Nec parua laus Galatarum est quod ita crediderunt in crucifixum, ut ante fuerat eis proscriptus: quo scilicet lætantes Prophetas, & omnia veteris legis Sacramenta nascentes, via Eordine venerint ad credendum. Sedullius, Quibus per meam prædicationem ita manifesta est passio eius, ut ipse ante vos sententiam damnationis exceperit. Prædictus, Quibus tam manifesta facta est passio eius me prædicante, ut enim ante oculos vestros pendere putaretis. Anselmus, Non creditis veritati: sed in sensu, ante quorum interiores oculos, Iesus Christus præscriptus est, id est, præsentis & prænotatus à nobis, nō in tabula lapidei sicut lex, sed & in vobis, id est, in cordibus vestris est crucifixus.

IV. Argumentum primum. Quia constet Christi, ac Virginis imaginibus temporibus Apostolorum, atque adeo ipso Christo adhuc in terris agente, à pijs factas, & asseruatas. Probat ex statua ab Hæmorroïssa erecta: & ab ea quam Nicodemus fecisse dicitur. Item à Concilio Antiocheno Apostolorum; vbi Canon factus in hunc modum, Ne decipiantur fideles ob idola: sed pingant ex opposito humanam diuinamque manufactam impermixtam effigiem Dei veri, ac Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, ipsiusque seruorum, contra idola & Iudeos, neque errent in idolis, neque similes sint Iudeis. Quod si Apostoli iusserunt imagines CHRISTI fieri, verisimilimum est, etiam crucifixi imagines vel sculpsisse, vel pinxisse.

X. At alij, cum in Latino Interprete legerent proscriptus est, Latine vocis proprietatem sectam es, diuersum quid animo concepere. Ambrosius Manifestum est, quia stultorum oculis Christus præscriptus videtur, id est expoliatus, vel condemnatus. Prudentium vero oculis & sensibus, non solum condemnatus, sed & ipse mortem cruce sua damnassee videtur. Augustinus, Quibus videntibus Christus Iesus hereditatem suam possessionemque, suam amisit, his utique auferentibus eam, Dominumque inde expellentibus, qui ex gratia fidei, per quam Christus possidet gentes, ad leges opera eos qui crediderunt reuocabant, Christo auferentibus possessionem suam: id est, eos quibus iure gratia fidei inhabitabat. Quod in ipsi Galatis accidisse vult videri Apostolus. Nam adhuc perierat quod ait, ante quorum oculos. Quid enim tam ante oculos eorum contigit, quam quod in ipsis contigit?

V. Respondeo; primo de Imaginibus Hæmorroïssa & Nicodemi, fufus agendum esse paulo post. Interea secundo, imaginem Hæmorroïssa factam ex consuetudine Ethnica, vt testatur Eusebius, non ex Christiano instituto. Itaque nullam vim habere consequentia: neque enim verisimile, Apostolos imitatos esse Ethnicam superstitionem. Tertio, imaginem à Nicodemo factam, puram esse putamque fabulam. Quarto, Canonem illum Antiochenum suppositivum esse, nullumque habere testimonium nisi ab Iconolatri Nicænis, qui & alia Patribus supposita ab alijs amplexi sunt, atque vsi pro veris: nam ne fabulam quidem Nicodemi repperunt. Turrianus eum Canonem Græcerecitatur libri 1. de Canonibus Epistolis capite 25. ex quodam Codice, vbi continebatur pars Canonum eius Concilij.

XI. Ita nemo vnquam fuit Veterum, cui in hoc explicando loco, aut oculi corporet, aut imagines scilicet, pictæve, venerint in mentem. Syrus interpres etiam addit similitudinis notam, quasi pingendo depictus. Quamquam quid Veteres dico? Ne recentiores quidem. Non Lombardus, non Lyranus, non Strabus, non Catthnstaanus, non Caietanus, non Guillaudus, non denique Salmero, non Iustinianus, non Emanuel Sa. Entibi, idoneum Iconolatarum fundamentum! A mera impostura: quæ Paulo id imponit, quod Paulo ne somniant quidem veni in mentem.

VI. Sed primo, quo teste probant Apostolos conuenisse Antiochiam? Non sane Scriptura. Nam iouerius initio Sanctionum Ecclesiasticarum quatuor tantum Apostolorum Concilia colligit exactis; sed omnia Hierosolymis. Primum ad eligendum Marthiam: secundum ad eligendos Diaconos: tertium ad componendam disputationem de circumcissione & legalibus: quartum à Paulo & Iacobo, cum Paulus purificauit se. Quintum à nonnullis additur, à Paulo conuocatis Episcopis Ephesinis. Hæc sola Concilia Apostolica colliguntur ex Scriptura: reliqua nulla, nec ex historia quidem. Secundo ex iis Canonibus primum Turrianus ponit, vt credentes in Dominum IESUM, quos illius temporis homines vocabant Galilæos, Christiani deinceps vocarentur. At Lucas Actorum 11. factum id docet absque Concilio: tum cum Paulus & Barnabas vacarent constituendæ Antiochena Ecclesiæ. Secundo, indicat idem

XII. Tertium argumentum ex frequentia & multitudine hostium, & oforum crucis, qui extiterunt Apostolis adhuc viuentibus, & Euangeliumque toto terrarum orbe dissen. inantibus: contra quos toties in suis Epistolis, summa verborum grauitate & maiestate, laudes crucis decantat Apostolus. Iique erant non modo Iudæi, & Ethnici, sed & multi ex fratribus falsis hæretici. Qui quam primum caput tollere caperunt, introducunt sunt imagines crucis in Ecclesiam, quas videntes venerabantur, & diabolus videns exhortaretur. Testis Ignatius ad Philippenses: quod viderit horret, & audiens timeret. Quomodo autem Diabolus vidisset & exhorruisset crucem, si crucis trophæa nulla hic erecta fuisset?

gitor auctor, quicunque est tandem, recens est, ac eius temporis cum iam imaginum cultus frigeret.

CAP. II.

De Adoratione, quam Papiſta Crucis deferunt.

I. DE Crucis cultu animosior contentio est. Adorandam omnes Papiſta mordicus tenent. Sed in genere cultus non admodum consentiunt. Quidam enim duliam illi ſolam relinquunt: cultum, inquit, debitam rebus creatis, vt latrariam Deo ſoli. Alij alius extollunt, & ipſam latrariam debent contendunt. In his primus, quod ſciam, Thomas 3. parte, quaſtione 25, artic. 4. Illi exhibemus latrariam cultum, in quo ponimus ſpem ſalutis: cantat enim Eccleſia, O crux aue ſpes unica, hoc paſſionis tempore: augetur iuſtitiam, rei quo dona veniam. Ergo crux Chriſti eſt adoranda adoratione latraria. Gretſerus, libr. 1. capite 46, diſputat crucem honorandam: & 49. cum agit de genere cultus. Afferimus, inquit, cum ſententia communi, & in ſcholis magis trita, crucem colendam eſſe latrariam, hoc eſt, cultu diuino, non quidem per ſe, ſed per aliud: non absolute, ſed cum habituſtina & relatione ad prototypum. Et ne crucis diſtinguas ſignificata, capit. 46. Qua de honore & adoratione crucis dicimus, non tantum pertinent ad primam illam crucem, in qua Dominus pependit, & quam ſacraſſimo ſuo ſanguine conſecrauit: ſed etiam ad imaginem, & ad ſignum crucis, qua imitatione prima illius crucis ſunt. Et ſi prima illa crux, non modo inter imagines, ſed etiam inter reliquias habenda ſit. Et quod de integra cruce aſſerimus, hoc etiam de ſingulis illius crucis particulis intelligi volumus. Et quod diageſimo nono, Explicandum eſt quo genere cultus colenda ſit, non modo prima illa crux, ſed & omnes imagines, & ſigna crucis. Omnium enim vna eademque ratio eſt. Praeuerat olim Ioannes de Turcremata in quaſtionibus Euangeliorum in feſto inuentionis ſanctae crucis quaſtione 3. Si loquimur de ipſa cruce, in qua Chriſtus crucifixus eſt, utroque modo eſt a nobis veneranda: vno ſcilicet modo, in quantum repraeſentat nobis figuram Chriſti extenſi in ea: alio modo, ex contractu ad membra Chriſti & hoc quod eius ſanguine eſt perſuſa: unde utroque modo adoratur eadem adoratione cum Chriſto, ſcilicet adoratione latraria. Si vero loquimur de effigie Chriſti in alia materia, puta lapidis, vel ligni, vel auri, vel argenti, ſic veneramus crucem tantum vt imaginem, ſed adoratione latraria. Denique Scuertius Chronologiae Lugdunenſis parte 3. ſect. 2. cap. 1. Eſt vero de fide catholica, credere crucem Chriſti aliaſque in omni materia, adorandas eſſe cultu latraria.

II. At Franciſcus Saleſius, tractatulo, quem praefixit Apologiae ſuae, diſtinctius agendum putauit: In quantum crux eſt res inſenſibilis puta lignum ſculptum, nunc nulla reuerentia debetur ei, neque aliquis honor eſt exhibendus. In quantum eſt quadam res Chriſti, tunc adoranda eſt nobis adoratione hyperdulia. At quatenus repraeſentat Chriſtum crucifixum: & aſperſa eſt eius ſanguine, tum adoranda eſt eadem adoratione, qua ipſe Chriſtus, id eſt, latraria. Quantum ad alius crucis attingit ex auro, ligno, ferro, aliaue materia, non adoratur, niſi vt adorantur imagines Chriſti. Vides quadrupliciter diſtingui crucem: primo, vt rem inſenſibilem: ſecundo, vt inter reliquias: tertio, vt figuram Chriſti, & aſperſam ſacro ſanguine: quarto, vt imaginem primae crucis in varia materia. Et primo modo nullo cultu colendam. Reliquis modis colendam quidem, ſed varie: ſecundo hyperdulia: tertio latraria: quarto dulia: hanc enim credo deſignatam.

III. Loriculus aſſentitur: Sciendum, crucem Chriſti: biſariam conſiderari, partim, vt habet ſanguinis ſancti Chriſti guttas ſibi adhaerentes: partim, vt eſt ſanctificata per tactum Chriſti. Priori conſideratione adoratur crux, vt Chriſtus ipſe, vbi enim inuenitur aliqua guttula ſanguinis Chriſti, ibi Chriſtus praesens adest: atque ita non adoratur lignum ſed Chriſtus in ſanguine ſuo, quo lignum crucis conſperſum eſt. Poſteriori conſideratione crux Chriſti non adoratur vt Chriſtus: ſed tanquam res ſanctiſſima, & longe precioſior vniuerſis creaturis, propter contractum Chriſti, ſumma reuerentia colitur, quam Thologi hyperdulia dixerunt. Eadem reuerentia etiam debetur veſtimentiſ Chriſti. Et poſtea, Imagines crucis dignae ſunt aliqua reuerentia pia. Idem capite de Imaginibus, Crux Chriſti propria, ob contractum eius colitur hyperdulia ſpecieſ: alia crucis imagines paulo minori gradu, maiori tamen, quam Imagines ſanctorum, propter maiorem dignitatem ſui prototypi.

IV. Haec Papiſtae: nec caute, aut ego vehementer fallor. Primo manifeſta eſt aſperſio. Gretſerus & primariam crucem, & reliquias omnes, ſive materiatas, ſive inanes, coli vult latraria. At Saleſius primam tantum latraria: atque eam quidem non ſemper, ſed tantum quatenus tincta eſt Chriſti ſanguine. Quin forte diſtinctius, vult ipſiſſimas ſanguinis guttas adhaerentem. Caeterum, ſi nullus ſanguis adſit, tum vero, vel hyperdulia dentatur, aut etiam dulia ſimpliciter. Quae quidem ſententiae quomodo conciliantur, non video: ipſi videriat. Et tamen obſeruo ſummam crucis ſanctitatem, aut in eo tabellam tituli, nunquam adorari poſſe, neque latraria, neque hyperdulia: ratio, quia neque aſperſa ſunt ſacro ſanguine vquam, ad inferiores partes fluente: neque ſanctificata contractu. Nam quomodo, quae ſuperiora fuere toto corpore?

V. Secundo pronunciat Gretſerus omnium, id eſt, crucis verae, & imaginum, & ſignorum, eandem eſſe rationem. Magnum ergo aliorum crimen, qui tantum momenti ponunt in guttis, in tactu, vt veram crucem diſtinguant, & a ſeipſa: & a ſignis, atque imaginibus. Ita rursus contradicatio eſt, dum alius omnium eandem rationem eſſe aſſerit, alij non eandem.

VI. Tertio, ſi omnium imaginum, & ſignorum, eadem ratio eſt, quae crucis, quod attingit adorationem: tum autem crux vera adoranda eſt non tota tantum, ſed etiam per particulas: Ergo ſequitur, imagines ſic adorandas, non tantum totas, ſed etiam per fragmenta. Contra quam definiat auctor Quaſtionum ad Antiochum, ideo ex duobus lignis compingitur crucem, vt iis diſſolutis, docerentur Ethaici non adorari lignum. Nam inde ſequitur non adoranda fuiſſe illa ligna ſic diſſipata: quae tamen erant patres crucis. Quod ſi iſte potius verum dicat, tum certe Gretſerus

non vere, eandem eſſe rationem imaginum, & ipſius crucis. Sequitur item non tantum ſignum illud in aere adorandum, cum formatum erit totum: ſed etiam per partes, adeo vt ſi deferatur manus ad frontem, unde incipit vulgo ſinum illud formare, tum aequae cum motum adorandum, ac ſi reliqua conſecta ſint.

VII. Quarto, ſi eadem ratio ſit ſigni in aere, quae crucis primae, & eius imaginum. Ergo quemadmodum crux vera, eiusque imagines, adorantur non tantum a fabricis, a quibus ſunt, ſed etiam a cunctis adſtantibus: ſic, & ſignum illud in aere, ſi quando fiat a quopiam, quod accidit frequentiffime, ſive perterritis, ſive hiante, ſive aliam ob cauſam, tum omnibus adſtantibus procumbendum erit in genua, & adorandum ſignum. Quod tamen video non fieri, niſi cum Epilcopi praetereuntes populo occurrenti ſuas benedictiones largiter impartiunt. Itaque neceſſe eſt, aut populum peccare grauius in tanto myſterio non adorando, aut Gretſerus ridicule potius pronuntiare.

VIII. Catholicis iam pridem conſectum eſt negotium. Crux enim, vel in reliquiis, computatur, vel in imaginibus. Itaque de ea iudicandum ex generali doctrina de reliquiis, & imaginibus, de qua diſputatum libris praecedentibus. Pronunciant ergo Catholici crucem non adorandam: & toti exhorreſcunt, audita tanta blaſphemia, quae ei non cultum tantum, ſed etiam cultum deſert latraria.

CAP. III.

Argumenta Papiſtarum pro adoratione Crucis ex Scriptura.

I. Diſputat Bellarminus primo, de ipſa cruce Chriſti: ſecundo, de eius imaginibus: tertio, de eius ſigno. Ordinem retineo, argumenta tum ex eo, tum ex aliis colligo, vt ſoleo. Alphonſus de Caſtro, ex Pſalmo nonageſimo nono, Adorationem hanc crucis, quam nunc inquirimus, Prophetia explicat dicens, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Quod autem verius ſcabellum Chriſti, quam crux, cui pedes illius aſſixi ſunt?

II. Satis facile negotium conſecit? Atqui negamus primo a Prophetia dici adorandum ſcabellum, vt alius dicitur. Secundo, crucem eſſe ſcabellum pedum Chriſti. Non enim ſcabello pedes aſſiguntur, tum non ſoli pedes aſſixi ſunt, ſed etiam manus: at ſcabello certe manus non aſſiguntur. Denique ſcabellum literaliter Prophetia appellauit Arcam: allegorice autem Auguſtinus expoſuit carnem Chriſti. Imo nihil obſtat, inquit Alphonſus, quominus etiam crux intelligatur: teſte Hieronymo, Ad crucem Dominicam, & ad animam ſanctam, hac referenda ſunt. Atqui, inquam, hic Hieronymus non eſt Hieronymus ille Stridonenſis: ſed neſcio quis recens Papiſta, cuius nomini ſubſtituit male feriatuſ aliquis Hieronymi nomen, vt eſſet non vendibili vino appoſita hedera. Sed ſi vel de arca, vel de carne Chriſti, locus intelligendus eſt, negamus intelligendum de cruce. Aljoquin nihil in Scriptura certum erit, ſi pro vana vertiginoſi cerebri libidine, modo hoc, modo illud, imo ſimul diuerſiſſimas res ſignificare cogatur.

III. Ioannes Auratus paradoxo quinto, adorationem crucis in primis colligit ex 2. ad Philippenſes, Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu, omne genua ſectentur caeleſtium, terreſtrium, & infernorum. Id vides, inquit, paſſim ab omnibus in Eccleſia obſeruari, vt prolato nomine Ieſu, popitem curuent, & genua ſectant: haud certe ob vocis illius dignitatem ac maieſtatem: ſed propter eum, quem ſignat, nempe Ieſum Chriſtum. Et eundem crucis Chriſti adorandae ritum, nemo ſanae mentis inſiciabitur: cum proſus amborum aequa ſit ratio. Placet diſtinctius agere, & argumentum per partes formare. Quicquid Chriſtum ſignificat, eſt adorandum. At crux Chriſtum ſignificat: Ergo crux eſt adoranda. Probat maior, ex loco Apoſtoli. Nomen Ieſu Chriſtum ſignificat. At nomen Ieſu eſt adorandum. Ergo quicquid ſignificat Chriſtum, eſt adorandum. Ea tibi conſuſionis artificium, ex regulis diſputandi.

IV. Reſpondeo, negari primam propoſitionem, quae aſſerit adorandum eſſe, quicquid ſignificat Chriſtum. Nam Serpens aeneus ſignificabat Chriſtum: & tamen adeo non erat adorandus, vt cum coeperunt Iudaei eo abuti, pie ſit a pio rege reſtauratus in cinerem. Ionas ſignificabat Chriſtum. Et tamen, nemo Ionam aut olim adorauit, aut nunc adorat. Poſſunt ſimilia multa proferri. Deinde, nego aſſumptum, neque enim crux ſignificat CHRISTUM. Nam ſi ſignificat, ergo vel ex materia, vel ex figura. At non ex materia, quia lignum non poteſt ſignificare CHRISTUM. Non etiam ex figura, qui Chriſti nulla talis fuit, niſi illa per accidens, cum expanſa ſunt brachia: quod non ei ſoli accidit, ſed etiam vtrique latroni, & aliis plurimis. Eſt autem abſurdum, & ridiculum id genus ſignificationis, vt ſi quis enſe Paulum, crate Laurentium, leone Ignatium ſignificari dicat, quia illis ea fuerunt martyrij inſtrumenta. Quid? quod ipſum Petrum dicunt crucifixum? Ergo crux non CHRISTUM tantum ſignificaret, ſed etiam Petrum. Certe vtrumque latronum.

V. Ad maioris confirmationem reſpondeo, primo formam eſſe vitioſam, quia a particularibus concludatur vniuerſaliter. Et contra: Nomen Chriſtus ſignificat Chriſtum. At nomen Chriſtus non adoratur: Ergo non omne quod ſignificat CHRISTUM, eſt adorandum. Eadem ratio Emmanuelis: & Filij Dei, & Filij hominis. Secundo, nego aſſumptum: nimirum, ipſam illam vocem Ieſu eſſe adorandam. Neque id ſane habetur ex Paulo, qui non appoſitive dixit nomen Ieſus, id eſt, hoc nomen, nempe Ieſus: ſed conſtructe cu rai cubiſtan 'Ieſu Notum eſt autem quid ea phraſi Scriptura ſolet ſignificare. Matthaei ſeptimo, In nomine tuo prophetauimus. Et 21. Qui venit in nomine Domini. Marci nono. Qui dederit poculum aequae in nomine meo. Ioannis quinto, Veni in nomine Patris mei. Prioris ad Corinthios quinto, Vobis, & meo ſpiritu, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatiſ. Mitte alia mille. Nullis iis intelligitur materialiter ipſa illa vox quae ſubiungitur nomini, ſed gloria, poteſtas, ma-

stas, maiestas eius, cuius nomen subiicitur. Quin etiam hoc ipso loco: *De- dit illi nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectat se.* Quis non aduertit illud nomen, ad quod flectitur omne genu, esse no- men illud super omne nomen? At si nomen pro ipsa voce accipias, falsum est Iesu nomen esse supra omne nomen. Primo, quia Christo commune fuit, cum aliis, ut filio Naue: & alio sacerdote, Abacuk 1. & duce Israelis, prioris Maccabæor. 2. Deinde, quia neque literis, neque syllabis, neque so- no, neque tempore, quicquam ea vox habet supra alias. Præterea id nomen donatum Veteres intellexerunt aliter. Ambrosius, *Videtur donum Patris hoc esse, esse Filium, & quod nomen eius super omne nomen sit, esse Deum. No- men enim Dei sed per naturam, non per solam appellationem, super omne no- men est.* Hinc est, *ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terre- strium, & infernorum, sicut ad Romanos significat, inter cetera dicens: Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia. Deus Benedictus in se- cula.* Oecumenius, *πῶν δὲ τὸ καλεῖσθαι ὄνομα; τὸ Χριστὸν, τὸ Ἰησοῦν, τὸ Θεόν,* *Quod nam est nomen donatum? Christus? Filius, Deus.* Itaque Theophyla- ctus, *Ut in nomine Iesu omne genu flectatur: hoc est, orbis terrarum uniuersus, angeli in super, & mortales ipsi, & daemones, hunc ipsum submissis genibus ve- nerabundè adorent.*

VI. Addit Auratus ex 11. ad Hebræos, *Fide Iacob, moriens, singulos filio- rum benedixit, & adorauit fastigium virgæ.* Sensus est, autore Thoma, quia adorauit Christum significatum per virgam, & sceptrum Ioseph, sicut & nos adoramus crucifixum, & crucem, ratione Christi passi in ea. Argu- mentum: Si Iacob adorauit fastigium virgæ suæ: Ergo Christiani adorare debent crucem

VII. Respondeo, negari antedens: cuius fundamentum nullum: ni- si ex errore interpretis Latini. Nam Græce Paulus scripsit: *ἀσπαύων- ον ἐν τῷ ἀγκυρῶν τῆς πύλης αὐτῆς: adorauit ad fastigium virgæ suæ: siue in fastigium, ut emendauit Caietanus. Et est Iacob, inquit, quod Iacob adora- uit se adorando versus fastigium virgæ propria, in qua sustentabatur.* Lyranus disertus, *Quia erat senex, habebat baculum, supra cuius summum nitetur in adorando Deum. Vnde, non est intelligendum, quod adorauerit sum- mitatem virgæ, vel baculi, sed adorauit Deum innixus super baculum.* At Græci Chrylostomus, Theodoretus, Oecumenius, intelligunt à Iacobo ad- oratum Iosephum, iuxta eius somnium. Virgam adoratam soli ij, qui à Latino interprete decipi potuerunt.

VIII. Salefus argumentatur ex locis, vbi crux vocatur crux Christi. Io- an. 19. *Portans crucem suam, iuxta crucem Iesu.* Marci 15. *ut portaret cru- cem Iesus.* Quicquid fuit peculiariter Dei, aut Christi, ordinatum fuit specia- li sanctificatione, ac virtute: ut vestes, quantum actu mulier sanata est à flu- xu sanguinis. Argumentum est huiusmodi: Quicquid prædium est specia- li sanctificatione ac virtute, id colendum est. At crux Christi prædita est speciali sanctificatione ac virtute. Ergo colenda. Probatum assumptum. Quicquid fuit Christi peculiariter, id fuit prædium speciali sanctificatione ac virtute. At crux fuit Christi specialit. Ergo crux fuit prædita speciali sanctificatione & virtute. Probatum maior. Vestes Christi fuerunt prædita speciali sanctificatione, & virtute. At vestes Christi fuerunt Christi pecu- liariter. Ergo omnia quæ fuerunt Christi peculiariter, fuerunt prædita spe- ciali sanctificatione ac virtute.

IX. Respondeo sanctificationem ac virtutem distinguendam. Alias enim sanctificatio sumitur pro essentiali sanctitate, ut est in Deo: alias pro sanctificatione creata: quæ gemina est, vel qualitas infusa cordibus homi- num, vel applicatio ad vsum sanctam, vti in vasis, ædificiis, vestibus. Virtus etiam vel pro potentia Dei, vel pro inst. uementis Dei ad aliquid agendum. Si sanctitas, & virtus intelligantur primo modo, concedo, id in quo est ea sanctitas & virtus, esse adorandum. Sed nego crucem Christi esse præditam ea sanctificatione, eaque virtute. Est enim incommunicabilis, ac proinde extra Deum non debet quærri. Nec argumenta quæ sequuntur, contra pro- baant, ut cuius manifestum est.

X. Quod si intelligatur sanctitas & virtus creata, primo, negatur maior, quæ asserit id omne, quod prædium est ea sanctitate, eae virtute esse ad- orandum. Nam contra Angeli, & fideles, & fideles, præditi sunt ea sanctitate & vir- tute, tamen non sunt adorandi, ut prolixè disputatum est alias. Deinde Templà, & vasa sacra, prædita sunt eadem sanctitate, & tamen non ado- randa. Iordanis fluius prædicitur fuit virtute curandi Naamanis, & tamen non adorandus. Etiam Iudas fu. rinter eos, qui redeuntes ad Christum, di- xerunt se eiecisse daemones: Nec tamen Iudas adorandus.

XI. Rursus esse specialiter Dei & Christi, vario sensu dici potest. Pri- mo, ut sit dicatum aliquid diuino cultui: Deinde, ut quopiam Deus spe- cialiter vtatur. Et nominatim, quia Christus Deus est, & homo, potest quippiam fuisse Christi, nimirum quatenus assumptum ad vsus, quibus ex natura suscepta infirmitate Christus erat obnoxius. Priori modo conce- do habere sanctificationem quandam, nempe eam, quæ supra tertij modi dicta est, ea quæ Dei Patris Christi Filij sunt dicata cultui. Sed secundo modo, negatur, quæcumque aliquo modo Christus assumpsit ad vsus suæ humanitati necessarios, ea habuisse & sanctificationem, & virtutem. E- nimvero de sanctificatione nihil omnino testatur Scriptura. De virtute, tantum illud exemplum legimus de vestibus, & quidem extraordinarium, quia omnino singulare. At à singularibus vniuersalis conclusio nul- la est.

XII. Bellarmini argumenta nunc excutienda. Primum est: Si Christus sponte elegit crucem, & elegit, ut altare summi sacrificij, ut scalam ad reg- num: ut instrumentum liberationis generis humani, & quo Diabolum vinceret, ac de eo triumpharet: Ergo sequitur, crucem illam veram à Deo mirifice fuisse honoratam, & nobis omnibus amabilem, & venerabilem esse debere. At priora vera sunt: Ergo & posteriora.

XIII. Respondeo, primum de Antecedente. Electam fuisse à Christo crucem sponte: verum est, non enim poterat inuitus crucifigi. Fuisse altare summi sacrificij, non pugno. Scalam ad regnum nego: nam crux ip- sa Christo nihil profuit ad regnum suum obtinendum: neque probatur aut ex Ioann. 12. aut ex 2. ad Philippenfes. Nam in Ioan legimus, *Si exal- tatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: hoc autem dicebat, significans, quia morte esset moriturus.* At hæc verba non crucem, sed mortem in cruce significant. Itaque poterit dici mors illa, etiam non scalam, saltem gradus ad

regnum. Sed crucem ipsam nihil est necesse. Ad Philippenfes, *Humilia- uit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, pro- pter quod & exaltauit illum Deus.* Hic rursus mortem crucis audimus. At nostri crucem instrumentum mortis considerant. Quomodo illa olim pri- mam accusabat arborem cælam in Pelio monte. Quod si sic licet deerrate, tum profecto, & securim, quæ lignum illud dolauit, & faber, & quo secura- ris mouebatur, & multa alia erunt canonizanda. Sed hæc omnia sunt per accidens.

XIV. De instrumento liberandi humani generis, vincendique Diabo- li, quod prolixè vrgit Vasques, idem iudicium. Nam, id quicquid est mor- titribuendum. Nisi forte quis dicat funes, quibus Ioseph educus est ex puteo, instrumenta fuisse quibus euectus est tandem in autoritate illam, quam habuit in Aegypto. Neque contra quicquam probatur à Bellarmino ex figuris, ligno vitæ, arca Noe, virga Moïsi, ligno dulces reddente aquas serpente æneo. Nam illæ nullæ fuerunt figuræ crucis, quantumuis ludat Damascenus. Enimvero quis id Damasceno concessit, ut suo arbitrio fi- guras faciat? At Scriptura de illis nihil profus simile. De serpente vero potius contra. Figura enim dicitur ipsius Christi, non autem crucis, ut ante obseruatum.

XV. Imo regerit Gretzerus, nihil tritius apud omnes Christianos his lo- quutionibus, Christus cruce nos redemit: per crucem liberati, & saluati sumus, imo etiam per lignum crucis. Quibus formulis significatur causa efficiens, & quia non principalis, ergo instrumentalis. Vt & in his æque vulgaribus. Cruce deuictus est Diabolus: per crucem prostratus est salus nostræ inimicus. Sicut, cum dicitur Goliath deiectus lapide, & gladio truncatus. Ideoque Paulum dixisse 2. ad Colossenses: Christum, *Chiro- graphum illud, quod erat contrarium nobis, tulisse de medio, illudque affi- xisse cruci.* Ergo seruit crux, tanquam instrumentum, redemptioni nostræ.

XVI. Respondeo, in illis omnibus phrasibus crucem nominari, pro morte in cruce. Nam aliter reuera crux ipsa materialis, neque nos libera- uit, aut saluauit, neque per eam crucem materialem, Christus nos redemit, neque deuictus diabolus est victus, aut prostratus. Atque adeo nihil ine- ptus illa comparatione Goliathi occisi. Nam certum est vere illo lapide, & quidem immediate, cæsum Goliathum, illo item gladio truncatum. At cru- cem materialem omnino certum, nihil aut egisse, aut potuisse operari ad sal- utem nostram contra diabolum: sed duntaxat eum, qui in ea moriebatur, Quod si quis concludat ex eo, quod ille in ea moriebatur, & ita redimebat nos: ergo ipsam crucem redemisse nos: perinde poterit alius cui libebit in- sanire Papisticæ, ipsam illam crucem materialem commendasse Mariam Ioanni, quia qui commendabat, in ea affixus erat, indeque loquebatur. Aut si id exemplum remotius est, certe si crux scalam fuit ad regnum, fuit ergo in- strumentum. Dicat nequitur Gretzerus, crucem ipsam possedisse id reg- num, ut dixit crucem ipsam redemisse nos, & vicisse diabolum?

XVII. Sed absurdum, Chirographum affigi morti: Et merito, inquam. Nam quæ istæc insania est, ex duobus figuratis vocabulis, vnum solum in- terpretari? Vt si cum legis pisces in litore, litus quidem explices pro cæ- lo, at pisces proprie, nihil ineptius, quam pisces in cælo. Sed veteres, Chrylostomus, *πῶντες ἡδὲ τῷ ἀμωρεῖαν, ἢ καὶ λαστὴν αὐτῶν καλαοδὸν ἔλασεν, ἢ τὸ ἀμωρεῖαν, ἢ τὸ καλασπὴν. ἀκολαοδὸν δὲ οὐτὼ τῶν ἐπιδὴν αὐτὸ ἀσπίτι- ον, Erasmus omnes obnoxij peccato, & pœna, ipse punitus soluit & peccatum, & pœnam. Punitus autem fuit in cruce, illic ergo ipsum affixit.* Ab eo Theophylactus, *Omnes Erasmus peccato, & pœnis obnoxij, cum ipse, qui in- hil commississet, tormentis, & cruciatibus pro nobis affectus, in cruce nostra pec- cata dissoluit & pœnas, in eaque, & chirographum scidit.* Anselmus, *Cru- cifixo innocente Christo, interceptum est peccatum Ada.* Lyranus, *Affigens illud cruci, quia legalia mortificata sunt per passionem Christi.* Thomas, *Consuetudo erat, quod soluens omnia ad qua quis tenebatur, seindebatur chirographum. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis pa- tiendo.* Psalmo. *Qua non rapui, tunc exsoluebam. Et ideo simulcum mor- te Christi, hoc chirographum. Et ideo dicit, tulit de medio, id est, sustulit de rerum natura: & hoc, affigens illud cruci, per quam satisfaciens Deo tu- lit peccatum nostrum.* Audin' crucem, id est, Christum punitum, tormen- tis & cruciatibus affectum, crucifixum, Christum patientem, satisfacien- tem? Sed audin' tu vicissim, Chirographum affixum, id est, peccatum solum dissolutum, interceptum, ablatum? Vel legalia mortificata? Ergo utrumque interpretandum, non alterum duntaxat, quod Gretzerus voluit.

XVIII. Instat primo ex prioris Petri secundo, *Peccata nostra ipse pertu- lit,* siue portauit, siue sustulit, siue extulit, *in corpore suo super lignum.* Quam nullus tropus est apud Petrum in verbis *super lignum*, tam nullus apud Paulum in verbis *affigens cruci.* Secundo, ex sequentibus, *Expoliatis principatus, & potestates.* Vbi? in ligno videlicet crucis? ita ut crux fuerit huic triumphatori, quasi loco curus triumphalis, ad quem alligati dæmo- nes captiui trahebantur.

XIX. Respondeo, consentire me vtriusque loci esse eundem sensum, nimirum Pauli & Petri, ut & peccata nostra significent Chirographum il- lud: & affigere cruci, tollere in corpore suo super lignum. Sed nullum propterea tropum esse in *affigere cruci*, hoc vero nego. Et sane, cum fatea- tur idem esse Chirographum, & peccata nostra, tamen concedit in Chi- rographo esse tropum. Improuide: nam si bene sequitur, idem est af- figere cruci, & tollere in corpore suo super lignum, & in hoc nullus est tro- pus. Ergo neque in illo. Cur non similiter, id est, Chirographum, & pec- cata nostra, & in hoc nullus tropus: Ergo, neque in illo? Aut si contra, et si idem sit chirographum, & peccata nostra, & in hoc nullus sit tropus, tamen in illo tropus est: Cur non similiter, et si idem sit, affigere cruci, & in hoc nullus sit tropus: tamen in illo tropus est? Imo si idem est affigere cruci, & tollere in corpore suo super crucem, ergo in cruce tropus est. Nam crux sine tropo, corpus Christi non significat. Denique corpus Christi super crucem, non est crux ipsa materialis, sed est Christus patiens. Sal- mero, *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: id est, supplicia peccatis nostris debita, ipse tanquam victima quadam expianda crucis supplicio portauit.*

XX. Ad reliqua, consecutio crucem fuisse Christo instar curus trium- phalis,

phalis, in quo triumphat: sint potestates. Sed nego sequi, ergo peccata nostra proprie, & absque tropo esse affixa cruci. Nam curus non est victoria ipsa, nec quicquam confert ad victoriam. At affigere cruci peccata nostra, est ipsa Christi victoria pro nobis. Tum autem ipse triumphavit in cruce, id est in ipsa morte crucis.

XXI. Haec de Antecedente, nunc de Consequente: Ergo, inquit, crux illa fuit à Deo mirifice honorata, & esse debet omnibus amabilis, & venerabilis. At hoc nego sequi ex illo antecedente. Nam Iudas, similem ob causam, esset valde honoratus à Deo, & nobis amabilis, ac venerabilis. Non enim minus inferuit passioni Christi, quam crux ipsa: nec minus ad id delectus à Christo, nec minus sponte. Et sane mirum, hanc partem adeo neglectam fuisse, à Bellarmino, & à Gregorio. Mirum tantam fuisse eorum supinitatem, ut hanc consequentiam negari posse non viderint.

C A P. IV.

Argumenta Papistarum prater Scripturam pro adoratione Crucis.

I. Prater Scripturam, Bellarmino supersunt argumenta quinque. Eorum primum est à mysteriis in ipsa cruce significatis, ex 3. ad Ephesios, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profunditas: qui locus exponitur de cruce, ab antiquis. Crux autem significat totam perfectionem Christianam, nempe fidem, spem, caritatem, perseverantiam, ut docet Augustinus. Secundo, Christi passionis effectum, coelum apertum, Deumque placatum, infernum euacuatam, diabolumque devictum, totum orbem terrarum redemptum. Tertio, duos populos sub vno capite Christo inter se connexos. Ad hæc aves volantes exprimentur crucem: item malus navis, item Aratum, & situla: item iugum, & remo: item linea ductæ ab Oriente ad Occidentem, & Septentrione ad Meridiem. Denique apud Ægyptios crux hieroglyphice vitam significabat.

II. Respondeo, argumentum ita concipiendum: Quicquid multa mysteria significat, est adorandum. At crux multa mysteria significat, ergo crux est adoranda. Atqui primum negatur maior. Nam & olim serpens mysterium significabat, & quidem magnum: item boues, & oves, hirci oblati in veteri lege, neque tamen quicquam eorum adorabatur. Rursus coelum ipsum, & malum navis, & aratum, & remo, significant mysterium crucis, asserebat Bellarmino: Et tamen non sunt adoranda. Denique, si Durando credimus, multa mysteria significantur in vestibus sacerdotum, ut toga, pileo, manipulo, superpellicio, euiam in brachiis, & calcibus. Et tamen nondum puto eo deventum, ut adorarentur illa omnia, visis demptis Franciscanis, quos audio Francisci braccas portexisse adorandas.

III. Ad assumptionem, distinguo significari mysteria, vel ex instituto, vel ex coniectura. Ex instituto, ut cum quid à Deo Ecclesie institutum est, in eum finem, ut mysteria significantur: ut serpens, & Agnus Paschalis, & sacrificia, olim Christum significant, humani generis Redemptorem, & nunc Baptismus remissionem peccatorum, Eucharistia incorporationem nostram in Christum. Ex coniectura autem, cum ex similitudinibus quibusdam, verisimiliter aliud quid significari colligitur, quo in genere, immanitate quanta lascivia laudat humani pruritus ingenij. Itaque in eo nihil certi esse potest: atque adeo variis variæ venit in mentem, & quotidie venire possunt, nec quicquam est, vnde non mysticos sensus eliciant, ut ad hæc præterea, plerumque etiam ridiculi. Quod si qua essent adoranda, ob huiusmodi mysteriorum significationem, tum profecto non ista, in quibus, præter ingenij laudem, nihil est: sed illa tantum, quæ à Deo sunt instituta ad eam significationem. Quamvis ne hæc quidem revera adoranda. Enimvero crux hæc tanta mysteria significat, secundo modo significat, non enim primo.

IV. Secundum argumentum, ab invenientione crucis, ex qua multiplex testimonium sumitur, quod veneratio ligni crucis Deo placeat. Primo, quod non permiserit id lignum demergi in mare, aut flammis absumi. Secundo, quod eo tempore inveniit permiserit, cum tuo poterat coli. Tertio, quia per miracula demonstratum sit, esse veram crucem. Quarto, quia Helena eam quaesierit, admonita divinitus. Huic conventioni addi potest inveniio facta, anno millesimo nonagesimo octavo, Antiochiæ.

V. Respondeo, primum nihil inde sequi. Nam neque quicquid invenitur, adorandum est. Neque quicquid non demergitur in mare, neque flammis absumitur. Neque quicquid invenitur, cum tuo potest coli per homines, neque quicquid miraculo demonstratur, neque quicquid ex admolatione divina vestigatur. Quis enim docuit? Quo verbo Dei institutum est? An vero quicquid Iesuita somniavit, id pro lege erit Ecclesie? Coniectura, inveniio est olim codex legis, neque adoratus. Arca non est flammis demersa, neque adorata. Segor non est flammis assumpta, nec tamen adorata. Segor non est flammis assumpta, nec tamen adorata. Poterant absque periculo illa adorari, nec sunt adorata. Ossa Prophete indicata sunt per resurrectionem mortui, nec tamen adorata. Admonitione divina inveniata sunt Ahsæ Saulis, nec tamen adorata. Denique cum constet nihil adorandum, præter unicum Deum, certum est nihil inventum, quocumque tandem modo inveniuntur, esse adorandum.

VI. Secundo, hæc tota narratio valde incerta est, & propior fabulæ. Argumenta sunt, primum, non esse verisimile, Deum tanto mysterio (si tantum id mysterium) priusquam prima, purissimaque tempora Ecclesie. Constat autem annis trecentis, atque amplius, crucem nusquam vitari, nusquam cogitari. Nam, quod videntur obtendere pericula, id frustra est. Nam cur non æque crucem in conservare licuisset, ac Scripturam, quam tamen impij longe vehementius quasi fuerit? Aut cur maius cruci periculum ab Ethnicis olim, annis duntaxat trecentis, quàm à Turcis, annis iam multo pluribus, potuerit esse? Deinde, quis credat, tantum mysterium nunquam ab Apostolis fuisse commendatum? Nunquam ab Apostolicis viris inculcatum? Quis credat in Scripturis, ne literam quidem tanta de re lectam? Nunquam eos, qui post Apostolos fuerit, testatos se, vel tantillum invidisse?

VII. Secundo mirum illud est etiam Constantini ævo, cum tam multi magni fuerint, quorum etiamnum habentur opera, nullam omnino extitisse huius invenientionem sepulcri Dominici, procurante Constantino, & descensu Constantini literas ea de re. At de cruce, altum agit silentium. Quia ipsi Helena pietatem commendat à visitatione sacrolandæ terræ, ac locorum, in quibus steterant pedes Domini: quia in peregrinatione posteriores dicunt inveniam crucem fuisse, Et tam stupidi Eusebium fuisse aliquis credat, ut rem tantam præteriret, aut ignoraret? Testium, quos proferunt, antiquissimus Ambrosius est, annis plus minus octoginta post eam rem gestam, si est gesta. Theodosius enim, in cuius oratione funebri id describit Ambrosius, obiit anno Christi trecentesimo nonagesimo quarto, cum crucis invenientionem Baronius referat ad annum trecentessimam vigesimum sextum. Quis revelavit Ambrosio, si Eusebius nesciit?

VIII. Tertio, ipsa invenientionis olim historia à Gelasio in decreto de libris Apocryphis apud Gratianum, distinctione decima quinta, numeratur inter Apocryphis scripta. Atque adeo ex re ipsa apparet fuisse impostores in ea plausible materia. Nam Helenam profectam Hierosolyma, post inveniendum Constantino Christi sepulcrum, testis est Eusebius, reliquiesque: inibi suæ pietatis monumenta factum paulo post, ut Ambrosius persuaderetur inveniisse crucem. Additum Socrati, & Theodoretus miraculum, mulieris iam animam agentis restitutio. Id miraculi visum posteris non esse satis: addita igitur apud Paulinum, & Severum, mortui suscitatio. Cum tamen Chrysostomus agnitam testetur ex titulo.

IX. Instat Bellarminus, & non esse Ambrosium antiquissimum testem: quia sint eidem obsequenti, Paulinus, Rufinus, Hieronymus, Chrysostomus: Deinde, quia Cyrillus Hierosolymitanus de eadem invenientione ad Constantium scripsit Tertio, quia Constantinus de eadem scripsit ad Macarium, apud Eusebium de eius vita libri 3. c. 29. Itaque Eusebium contentum his literis, noluisse amplius eius rei mentionem facere, quia esset notissima, sed in Chronico tamen non omisit.

X. Sed hæc contentiosa sunt: solida certe non sunt. Cyrilli Hierosolymitani Epistola quantum fidei mereatur, ut iudicent, qui fidem Constantij impissimi laudatam legent in ea: & quidem, quasi parentes suos superaverit. Id vero Catholicus Episcopus nunquam dixisset. Sed reliqui, Paulinus, Hieronymus, Rufinus, Chrysostomus, quomodo euincunt non esse Ambrosium antiquissimum? Nam ij certe non antiquiores Ambrosio. Imo ipso fatente Bellarmino, recentiores paulo. Quid igitur illi possunt adde-re momenti? Aut qui competam rem habere magis quam Eusebius? At Constantinum sane falsum est loqui de cruce. Verba, τὴν γινώσκουσα ἀγινώσκουσα, καὶ τὴν πάλαι κρυπτημένην, ποσὸν αὐτοὺς ἴδαντες ἀποδείξουσι λαθραῖα ἀρχαῖα ἀποδιδόντες πᾶσιν ἡμετέροις ἀποστόλοις, ἵνα ὁ βραβυτίον τοῦ ἰανθῆ ἱεροποιῦν ἀναλαβὴν ἐμάκα, πύσαν ἐκπαύσειν ἀληθείαν ὑποβάλλει. Indicium sacratissime illius passionis sub terram olim absconditum, tot annorum curriculum latuisse, donec sublato communi hoste, suis servis liberatis allaceret, omnem admirationem excedit. At hæc de sepulcro dicta sunt, quod paulo ante multa egesta homo, refossum, Eusebius dicitur de cruce ἔδει γὰρ. At in Chronico saltem. Imo neque in Chronico. Nam Græca editio nuper à Scaligero publicata, nihil habet eiusmodi. Quid quod ne Latina quidem? Itaque nihil est certi. Nam Baronius, dum hanc ipsam rem agit, agnoscit id Chronicum à libris fuisse admodum depravatam. At erat res notissima omnibus. Quasi historiae nunquam recitentur notissima. Quasi non fuerit etiam notissima sepulcri inveniio.

XI. De lancea quid dicam? Vix opus: nam dictum lib. II. c. II. Enimvero quænam hæc audacia est? Lanceam illam totis decem seculis, postquam primo nominata est, atque eo amplius, nominatur enim in passione Christi: invenitur, anno millesimo nonagesimo octavo, aut etiam duobus seculis; ut quidam volunt, à qua summa si auferas annos triginta tres vitæ Christi, reliqui sunt mille quinquaginta novem, ut minimum: toto illo igitur spatio temporis, nulli hominum audiam, aut visam aut nominatam, repente inveniiri Antiochiæ? At cur Antiochiæ? cur non potius Hierosolymis? Imo cur omnino reperta? Miles ille, quem esse Longinum impudentissime sine-runt: sed miles ille scilicet, in eos vsus curiose referuavit: Apostoli conseru- runt: Ecclesia adoravit. O fabulas! O impudentiam! O amentiam Idololatrarum!

XII. Tertium argumentum ab exaltatione crucis. Constat Heraclium à Deo, in recuperatione crucis, quam Persæ ex Hierosolymis abstulerant, adiutum, etiam lapides celo pluentē, ut olim pugnante Iosue. Et cum restitueretur crux in suum locum, factis miraculis. Qua causa institutum factum est. Autores, Paulus Diaconus, Zonaras, Cedrenus in Heraclio, Sigebertus anno sexcentesimo trigesimo primo. Otho Erlingensis lib. 3. c. 9. Bedæ, & Ado in Martyrologio.

XIII. Primo, negatur consequentia, ut in præcedentibus. Nam, etsi olim arca similiter exaltata est, cum a Philistinis ablata esset, similiterque facta miracula in eius restitutione, tamē nullum festum Arce institutum, nulla ei delata adoratio. Deinde autores qui citantur, eiusmodi fuerit, quibus quæ fidem detoget, nihil peccet. Græci leuissimi, facillimi: Latini, tam iohannis, ut ijs facile imponeretur. Denique omnes, eorum temporum, quibus proeclatissima erat superstitio, & seculis multis post Heraclij tempora.

XIV. Et quidem mihi vide: Primo, id bellum ab Heraclio susceptum, ob crucem recuperandam, nemo illorum autorum dixit. Imo cum Chosroës Orientales Romani Imperij partes vastaret, Imperatorem, suis diffisum viribus, pacem postulasse, etiam tributo oblato. Quæ si facta esset, quid cruci futurum erat: cum pacis spem nullam faceret barbarus: tum compositis utrumque rebus cum Chagano, qui Thraciæ erat molestus, in Persam ductus est exercitus. Persa multis præliis victus: de lapidibus è celo, nihil Zonaras, sed Cedrenus, & Paulus Diaconus, & quidem addita intercessione Virginis. Tandem Chosroës filius primogenitus, patrem crudelissime captum interfecit, pacem cum Heraclio facit, restituit Patriarcham Hierosolymitanum, & lignum crucis. Heraclius Constantinopolim venit, inde Hierosolymam redit, referens id lignum. Miraculi hic vestigium nullum apud Zonaram, Cedrenum, Paulum. Facinus magnum, vitium staurolatris itaque additum à Latinis, Heraclio volenti ingredi urbem regia pompa, diuinitus portam clausam: nec apertam prius, quam ex equo deicere, atque ita humilem

humilem in statum sese componeret. Hæc Latini. Sigebertus annis ab eo tempore remotus quadringentis plus minus, à Sigeberto omnes deinceps.

XV. Quartum argumentum: Si locus, in quo Angelus stetit, terra sancta est, Iosue 5. & Exodi 3. cur non magis crux, ubi stetit Christus? Si iudicia, & semicinctia Pauli honorabantur propter contractum, cur non magis crux Christi sanguine respersa? Si Sacramenta honorantur, quia instrumenta gratiæ, cur non crux, quæ instrumentum est redemptionis?

XVI. At contra potius, si neque terra illa sancta, neque iudicia, & semicinctia, neque Sacramenta sunt adoranda, ergo neque crux Christi. At antecedens verum, quia nihil omnino adorandum, præter vnicum Deum. Ergo & consequens. Ac sane, etsi lego imperatum Moysi, & Iosue, vt soluerent calciamenta nihilominus nusquam lego mandatum, vt adorarent. Et credo, non prohibebantur ne pedibus eam terram calcarent: quod valde alienum est ab adoratione. De sudariis, & semicinctiis, lego delata ad ægros fantratis spe, adorata quis mihi leget? Denique Sacramenta, si vnquam iufferit Christus adorari, cedam cauta. Nam honorari, cur Bellarminus dicit? Honoris enim vox nimium, nimiumque late patet, vt alias diximus. Quamquam, neq; in cruce eadem ratio, quæ in Sacramentis: nam crux illa ligæea, nullum est instrumentum nostræ salutis. Fuit tantum aliquid, quo Christus vsus est ad id efficiendum, quo perfecta est salus nostra. Sed excepta illa sola actione, & quidem transeunte, non immanente, nihil profusus in cruce est ad salutem. Quemadmodum autem luto Christus vsus est ad oculos sanandos, semel omnino, ac deinceps nunquam: ac proinde, neque illud lutum vnquam adoratum, neque vllum deinceps lutum, ita omnino de cruce. Sic terra illa, quam pedibus nudis terebant Moyses, & Iosue, sancta erat tantum in actione illa, neque vnquam deinceps. Itaque hæc Bellarmini consequentia sunt absurdissima.

XVII. Quintum argumentum: à magno desiderio, quo tenebantur fideles habendi, aut videndi particulas veræ crucis. Nam id ad magnum crucis honorem pertinere nemo ignorat. Sic Cyrillus cathechesi 10. & 13. totum mundum dicit impletum ligno crucis. Constantinus particulam crucis statua suæ inseruit, existimans per eam particulam, totam urbem constituendam. Socrates libri 1. capite 13. Eutropius, Paulus Diaconus, Nysseus scribit suam forem gestare solitam ad collum crucem argenteam, inserta particula veræ crucis. Similia legas apud Paulinum, Chrysostomum, Euagium, Procopium, Gregorium. Hieronymus ad Marcel lam, Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Saluatoris intrare, erucis deinde lambere lignum? Ambrosius in Theodosium, Sapienter Helena egit, qua crucem in capite regum leuauit, vt crux Christi in regibus adoraretur.

XVIII. Respondeo, primo exemplis non credendum, sed Scripturis. Secundo huiusmodi desideria nulla fuisse trecentis annis post Christum natum. Atque id sane mirum, Apostolos tanto ardentibus zelo Christi, nullos tamen derulisse secum vllam eius crucis particulam. Quid Apostolos dico? Proferant vel vnicum, qui eo toto spacio annorum circiter trecentorum, vel tantillum sit loquutus de vlla crucis particula, aut etiam de tota cruce materiali. Quid causæ fuit? Nam certe annis satis multis fuit ea crux non sepulta, siquidem sepulta ab Ethnicis, quorum in Christianos nulla persecutio ante Neronem. A quo ad Christi passionem anni sunt plures triginta, nec à crucis inuentione plures ad Cyrillum. Quanquam ne Neronis quidem tempore verisimile est id accidisse, qui vix videtur Christianos vexasse extra Romam. Itaque si ferius, quis non videt quid sequatur? Nimirum fideles nondum, aut ex parte, aut suspicari vim illam perpetuo crescendi in vitam cruci, delibare non audebant. Quid? quod ea exempla adorationem nulla concludunt? Habere Christiani crucis frustula volebant, at non adorare. Illud etsi nouum erat in Ecclesia, tamen non erat idololatricum.

XIX. At Ambrosius saltem laudauit Helenam, quæ in capite Imperatoris crucem posuerit, vt adoraretur. Audio, sed Papistæ, nudos verborum sonos attendunt, rem ipsam non cogitant. Nam hic sane, neque adorare potest intelligi religiose, neque crux materialis. Primo non religiosa adoratio quia non adorabatur crux illa, nisi per accidens: id est, quatenus erat in rege, qui adorabatur. Itaque non adorabatur, nisi ea adoratione, qua rex. Rex autem, à Christianis saltem, non adorabatur latria, ergo neque crux, & si vrgentem diligentius, omnino non adoratur: nam quicquid sic adoratur per accidens, non adoratur, nisi forte Papistæ sese adorare dicant muscas omnes, & araneas, quæ sunt in stipitibus quos adorant. Non crux materialis. Quia non docet Ambrosius in capite Imperatoris positam vllam crucem fuisse, sed duntaxat clauum vnum. Quid ergo? Nimirum videtur mihi quidem Ambrosius iussisse potius quadam oratoria luxuria, quam grauitate, & Theologico loquutus esse quicquam, quo posteritatis in Ecclesia fides ædificaretur.

XX. Sextum argumentum, etsi id Bellarminus maluit ad imagines referre, ne scio causam, alij ad crucem. Id est igitur, ex eo quod Ethnici Christianis exprobrarent cultum crucis. Probatur ex capite 16. Apologeticæ Tertulliani, & ex Minutio. Nec cum is cultus obiceretur, Christiani negabant.

XXI. Respondeo in Ethnicorum exprobratione nihil esse momenti, vt alias obseruatum. Nam quis lanus de Christianis iudicat ex inimicorum calumniis? Christianos autem id temporis nego confessos esse, crucem à se adorari. Contra potius, & Tertullianum hanc ponere inter calumnias, & Minutium d'erte dicere, *Crucis, nec colimus, nec optamus.*

XXII. Minutium, respondet Bellarminus, loqui de adoratione propria Deo, de qua accusabantur. Sed Bellarminus nihil aliud, quam puluerem iniicit oculis legentium. Nam tum temporis, neque Christiani, neque Ethnici, distinguebant cultum religiosum, in cultum Deo debitum, & non Deo debitum, recessus illud idololatricum inuentum, tam facile negandum, quam facile asseritur. Obiciebant generaliter Ethnici, Christianos crucem colere. Christiani generaliter negabant à se crucem coli. Non erant tum vlli Iesuitæ, qui mentalem æquiuocationem docuissent, quæ ita responderet, non ex sensu interrogantis, sed ex interrogati arcano, vt & de repropo sita non agat, & tamen agere videatur. Quam astutiam columbina Christianorum simplicitas abhorret. Denique si cultum Deo debitum ne-

gabat, certe latrariam negabat, at nostri Papistæ latrariam volunt cruci deferendam.

XXIII. De Tertulliano, maior contentio. Locum recitemus, *Sed, qui crucem nos religiosos putas consecrans erit noster, cum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus, dum materia qualitas eadem sit, viderit formam, dum id ipsum Dei corpus sit. Et tamen quanto distinguitur à cruci si, pite Pallas Attica, & Ceres sarrea, qua sine effigie, rudi palo, & in formi ligno presant: Pars Crucis est omne robur, quod erecta statione desiguntur. Nos, si forte, integrum, & totum Deum colimus. Diximus originem Deorum, vt sirorum à platis de cruce induci. Sed & victorias adoratis, cum in tropæis cruce int: stina sint tropæorum. Religio Romanorum tota castrensia signa veneratur, signa saras, signa omnibus diis preponit. Omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt. Syppara illa vexillorum, & Cantabrorum, sola crucium sunt. Laudo diligentiam, noluisse nudas, & incultas cruce consecrare. Hæc de Cruce Tertullianus. Quæstio, sit vtrum consentiret adorari crucem, an contra. Papistæ asserunt, nos negamus.*

XXIV. Salehus vrget duo, & quod dictum sit, *Qui crucem nos religiosos putas, consentaneus (Pamphilius legit consecratus) noster erit, cum lignum aliquod propitiatur. Et ad extremum, Laudo diligentiam, noluisse nudas, & incultas cruce consecrare.*

XXV. Sed nos contra, primo obseruamus, hæc de cruce ab eo tum dici, cum responderet calumniis variis Ethnicorum, quib. Christianos onerabant, vt rapere in inuidiam. Ad finem capitis decimi quinti id ipsum profiteretur. Nam cum multa dixisset de ineptis Ethnicis, tandem, *Quid ergo colunt, qui talia non colunt?* Satis perspicue: post inquisitos illorum deos, inquirendum etiam quid Christiani colant: *Iam quidem, inquit, intelligi subiaceat veritatis esse cultores, qui mendaci non sint, nec errare amplius in eo, in quo errasse se recognoscendo cessauerunt.* Concise, & ex præiudicio Sed merebatur res tantum prolixiori tractatum. Itaque, *Hoc prius capite, & omnem hinc Sacramenti nostri ordinem haurite, repercutis ante tamen opinionibus falsis.* Satin distincter? Pollicetur se eis Sacramenti nostri ordinem propositurum, id est, expositurum quid sit id quod Christiani colimus: quod quidem ex se: vltur postea c. proximo, id est, decimo septimo: *Quod colimus nos, Deus vnus est: & deinceps prolixè, de Deo, de Scripturis, de Christo.* Sed et tractatui permittere dum alium de falsis opinionibus: hoc est, de iis rebus, quas à Christianis coli falsi opinabantur. Prima opinio de capite Afini. Eam sequitur de Cruce: post de Sole, denique de Ononychite. Ergo Tertullianus non magis illas de capite Afini, de Sole, de Ononychite, quam hauc de Cruce appellat, falsam opinionem. Quare æque merito Ethnicis, cum dicerent crucem à Christianis coli, quam cum Afini caput, & reliqua.

XXVI. Deinde, hæc verba, *Nos, si forte, integrum, & totum Deum colimus:* omnino negant, à Christianis crucem coli. Sensus enim est, nos si verum esset, quod obicitur, à vobis eo tantum differremus, quod vos partem crucis colitis, nempe stipitem erectum, nos autem totam crucem. Nam ea phrasia, *si forte*, Tertulliano frequentissima est, cum ponit id, quod reuera est falsum: & vt vtrar vocabulis in schola tritis, cum ponit casum. Doceo. Contra Marcionem libr. 4. cap. 10. *Talem, si forte, Cassori, aut Herculinaminitatem tradunt fabula:* nimirum qualem Christi. Et paulo post, cum Christum apud Danielem notasset censeret ipso titulo filii hominis, exceptionem Marcionitarum ridens, *Nominum commutatio simplex, si forte, videri potest.* Hoc est, Marcionitæ quidem ita dicunt, sed procul abest à vero. De fuga in persecutione capite 2. *Habere videtur diabolus propriam iam potestatem, si forte, in eos, qui ad Deum non pertinent.* De pudicitia capite 9. *Malum in Scripturis minus, si forte, sapere, quam contra.* Et 10. *Cui ille, si forte, patrociniabitur pastor, quam in calice depingis.* In ipso etiam Apologetico, & quidem eodem ipso 16. capite, in calumniis de Sole, *Ad Persus, si forte, deputabimur.* Capite 23. *Dicant hoc pro tribunali, si forte, Minoan, & Radamanthum, secundum consensum Platonis, & Poetarum hoc esse sortites.*

XXVII. Tertio, cum ad eum locum deuenit, ubi exponendus erat Sacramenti nostri ordo, prout erat pollicitus, tum vero *Alieppidarum, quod colimus nos, Deus vnus est.* Neque vnquam de Cruce cultu quicquam attingit, vel leuissimum. Atqui id locus postulat, si in vsu fuisset is cultus. Quante enim fuisset impudentia, id præterire, quod Ethnicis maxime obiectabant? Id, inquam, præterire, tanquam nihil esset in rerum natura. Fuisset ne illud ex præscripto Apostoli, qui vult esse quemque paratum ad reddendam rationem fidei nostræ?

XXVIII. Iam quæ Salehus habet, stipula sunt leuiora. Ironice enim sermonem habet pro proprio. Nam cum Tertullianus dicit, *Consentaneus, siue consecrans erit noster:* eadem mens, quæ postea, cum, *Ad Persus, si forte, deputabimur.* Id est, si id esset verum quod vultis: quid obicere potestis, quod non & vobis? Nam illud obseruandum, ita retundi has Ethnicorum falsas opiniones, vt non directe refuteret, sed tantum repercutiat, hoc est similibus obiectis opponat, vel comparet potius similes obiectiones. Sic obiciebant Afini caput Christianis: ille Ethnicis vicissim, iumenta omnia, & totos cantherios. Obiciebant Solem, obiciebant eundem Peisus Obiciebant Ononychiten, obicit Iouem Hammonium, Pana, Satyros. Similiter obicientibus crucem, opponit stipites Palladis, & Cæteris, & similia. Quare illud, *consecrans erit noster*, ex hypothesi dictum, non ex veritate.

XXIX. Eadem ratio clausulæ vltimæ, *Laudo diligentiam:* non vt fateretur, Christianos adorare crucem, nec vllam esse differentiam inter Ethnicorum cruce, & Christianorum, nisi quantam inter nudas, & vestitas. Quod tamen à Papistis non posset dici, qui cruce suas vestiunt in Quadragesima. Sed is sensus non est Tertulliani, quicquid Salehus garrat. *Quis potius irridet eos, qui cum vexilla Sypparis vestita adorarent, tamen obicerent Christianis cruce, tanquam opprobrium magnum, cum cruce nudæ, à vestitis re ipsa non differunt.* Itaque ironice, *Laudo, inquit, diligentiam.*

C A P. V.

De Imaginibus crucis adorandis.

I. **D**E adorandis Imaginibus crucis, argumentum primum ex Matthæi 24. *Tunc apparebit signum filii hominis in celo. Id n. signum erit, vel ipsa crux,*

crux, quam nunc diuisam in multas particulas, Thomas Valdensis opinatur tunc reformandam, & colligendam: vel saltem imago crucis lucida ex aere; vel igne condensata. Vnde multiplex argumentum. Primo: Ea imago vocatur signum Christi: Ergo honorabilis est. Ratio consequentia, quia vexillum Imperatoris sui milites adorant; apud Sozomenum libr. 1. cap. 4. Secundo, apparet in caelo: Ergo honorabilis. Ratio, quia caelum est locus sublimis, & honorificus. Tertio, manibus Angelorum feretur: Ergo venerabilis. Antecedens ex Augustini sermone centesimo trigesimo; de tempore: Quarto: splendet clarior sole: ex Augustino, & Chrysostomo. Ergo venerabilis.

II. Respondeo: primo non esse certum, vtrum id signum sit de cruce intelligendum. Nam in Scripturis nullus est locus, vbi crux eo nomine appellatur. Et signa Filij hominis, quis neget alia esse plurima? Etsi autem ita Veritatem intellexerint, tamen id nulla inspiratione factum: vt simus certi, non discessisse a scopo Spiritus Sancti. Nec habuit Bellarminus vllam argumentum, qui ad refutandum Caluini interpretationem. Praeterea incerti sunt Papistae, qui ad crucem referunt, vtrum de ipsa cruce, an de signo crucis: vt Bellarminus fatetur. Tum etiam, vtrum id futurum in vltimo die, an potius iam pridem factum sit. Nam Cyrillus ille, qui quidam est, ad Constantium, hunc eundem locum applicat suae cruci, quam apparuisse narrat in caelis: Credo, quia tantam eum morae tadebat; ideoque putauit pulchram fabulam committendam.

III. Secundo, quicquid statuendum sit de antecedente: tamen nego consequentiam. Neque valent argumenta. Vexillum est Christi: primo, hoc non est facile concedendum: & si sola coniectura nititur, irridendum. Deinde neganda est consequentia. Non enim sunt adoranda vexilla. Imo id milites solebant Credo de Ethnicis: nam ita testatur Tertullianus: de Christianis non credo. Et Sozomenus tantum dixit, Labarum fuisse *σημα των δεινων*, signum reliquum magis honoratum. Non sequitur autem, si Ethnicis Labarum adorant, Christianos etiam adorasse; aut certe debuisse adorare. At enim in caelo apparebit. Quasi vero non prohibitum sit etiam caelestia, caelestiumque imagines adorare. Certe Sol in caelis apparet, non in terris. Manibus Angelorum feretur. Primo, quis docuit? Nam Augustinus non est autor sermonum de Tempore. Secundo, vnde vis consequentiae? Nam etsi ceteram illam Lauretanam, fabula dicat delata ab Angelis, tamen id minimum est Papistae argumentum ad eam adorandam: adoratur enim potius imago, quae in ea esse perhibetur. Quamquam nolim sane Papistarum superstitioni nimium fidere. Splendet Sole clarior. At, inquam, neque certum, neque argumentum necessarium adorationis. Nam Moyses, & Eliam, ipso Euangelij testimonio, certum est visos in Gloria: Lucae 9. & tamen neque olim adoratos esse, neque nunc adorari a Papistis.

IV. Secundum argumentum, a testimoniis Synodorum, sextae, septimae, & octauae, quae Canones ediderunt. Sed harum Synodorum auctoritas non est magna. Nam sextae Canones ipsi Papistae disputant esse non legitimos. Septima fuit Nicana idololatrica. Octaua adhuc recentior. Itaque earum Canones nihil probant.

V. Tertium, ab vsu, & testimoniis Veterum. Ergo sigillatim speculemur: Iustinus Apologia 2. Signa, & nota, quae apud nos sunt, virtutes (crucis) virtutem declarant. Sed hic locus primo falsatus est. Non enim, quae apud nos, Iustinus dixit, quasi de Christianis loqueretur: sed *τα παρ' ημιν*, quae apud vos, nimirum Ethnicos. Deinde nihil omnino Iustinus de Adoratione crucis. Nisi forte succurrat Gregerus, argumentando, Quod est peculiare symbolum virtutis, potestatis, imperij, & excellentiae Christi, illud est colendum inque praecipio, & honore habendum. Crux est eiusmodi symbolum, ex sententia Iustini Martyris. Ergo crux Christi est colenda. Sed respondeo, primo hoc igitur pertinere ad crucem potius, de qua praecedenti cap. atque etiam de hoc ipso loco. Secundo, illa, colendum, in praecipio, & honore habendum, male sunt conferrumina. Nam nos in praecipio haberi crucem ipsam, in qua Christus passus est, non iniquo feramus animo, nimirum, vt rerum rei praecclare geste *σημα των δεινων*. Cur non etiam? cum alia multa antiquitatis testimonia etiam prophetae, soleant haberi in praecipio: Sed colendum, & in honore habendum; quatenus honor definitus est ab initio, hoc vero longe aliud est: neque illius consecrarium. Tertio, ex mente sane Iustini, Gregerus non habuit, crucem esse symbolum virtutis, potestatis, imperij, & excellentiae Christi. Hoc, inquam, Iustinus non dixit, sed tantum Romanorum fasces (non enim impugno Lipsij coniecturam) & tropaea, denotare virtutem crucis. Crucis autem, cum dico, non illam intelligo, de qua nunc disputamus, sed in vniuersum eius figuram, quae crux iam appellari obtinuit, nempe *τα σταυρου* *σημα των δεινων*. Huius inquam, figuram, non specialiter eius ligni, in quo Christus pependit. Itaque Gregerus nihil nisi arrolatur, cum colligit, sicut fasces, securis, & similia Romanorum, signa erant symbola imperij, & Magistratus: ita crux est symbolum Imperij, & Potestatis Christi: imo symbola Romanorum sunt documenta, quid possit hoc symbolum Christi. Haec, inquam, cum Iesuita imaginaretur, Tragalaphos sectabatur: Delphinemque in sylua piscabatur. Nam ea tam sunt in verbis Iustini, quam Tragalaphi in rerum natura, aut in syluis Delphines.

VI. At si crucis imago (inquit) colenda non est, poterat Iustinus vno verbo sese expedire, videlicet sibi, & aliis Christianis, cu crucis imagine, eiusque cultu, nihil esse negotii. At hoc non fecit, sed potius totus in id incubuit, vt quod crucem Christi: aut colerent, hoc & Ethnicos facere ostenderet: & quidem ex emulatione diaboli, res nostras imitantis, & ad suos transferentis.

VII. Imo prius pucus impostor Gregerus. Primo enim nihil Iustino obiectum est de crucis cultu, aut etiam de cruce. Sed susceperat Iustinus ostendendum in Christo impleta, quae de eo Prophetae praedixerant. Et cum praedicebantur, pleraque eorum innotuisse Ethnicis, & adumbrata fuisse suis suorum deorum fabulis. Secundo, ex numero eorum, quae ab Ethnicis adumbrata sunt, nominatim crucem remouet: quia non potuerint intelligere ea, quae symbolice dicta erant ad eam rem, *Αχ' υδαμου εδ' ινα πικρα των ληθητων υων τα δεινα, το παν ωθηται εμαρτυριαν υ γδ ερεται ανυσις, συμβολικως ος απεδηλαται των εις τα το εσπερον, παντων λαληθητων, Veru nullo proptus modo in quoriam eorum qui dicti sunt filij Ionis, crucis supplicium sunt imitari. Non enim intellectum est ab eis: cu, vt iam dictum est, quacumque ea de re dicta sunt, symbolice dicta fuerint. Qui poterant demonia id vsurpare, quod ne in*

Tom. II.

mentem quidem eis veniret? Denique non erat Iust. no respondendum, nihil Christianis esse commune cum cruce. Hoc enim discrete religio nem Christianam abnegasset. Sed si obiectum ei fuisset de imaginibus crucis, earum que cultu, aut cultu etiam crucis materialis, tum sane ille respondisset, quod hodie Catholici respondent, nihil Christianis esse cum iis imaginibus eo que cultu commune.

VIII. De Ethnicorum exprobratione ex Tertulliano, Minutioque, actum praecedenti c. Origenes ib. 6. in illam ad Romanos dicit, crucis figuram ante oculos positam, si attente consideretur, valere ad depellendam omnem tentationem. Et format argumentum Gregerus: Quod contra omnes tentationes valet, illud est colendum. Crux Christi, seu imago crucis, contra omnes tentationes valet, teste Origenes. Ergo crux, seu imago crucis, est colenda. Maiorem probat. Quid enim cultu dignius, quam quod nos contra omnes tentationes munit?

IX. Portenta hominum. Nam quid dicam? Negauerat Hospinianus, quicquam haberi apud Origenem de adoratione crucis. Gregerus legens, tantum quod Bellarminus confute proposuerat, distinctius explicat. At ego, vt nunc intelligat, primo nego maiorem: nam fides animat nos contra omnem tentationem, ac proinde seutum appellatur a Paulo ad Ephesios 6: *quo possumus omnia iacula mali ignita extinguere*. Et tamen fides non est adoranda. Confirmatio autem, mera est *ad delicias*: id quod nos contra tentationes munit, est colendum; quia id quod nos contra tentationes munit, est colendum. Secundo, nego Origenem agere, aut de cruce materiali, aut de crucis imagine: & recito, *Quomodo possibile est, vt peccatum in carne nostra non regnet? Si faciamus illud, quod idem Apostolus dicit: mortificate membra vestra quae sunt super terram: etsi semper mortem Christi in corpore nostro circumferamus*. Certum namque est, quia ubi mors Christi circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, vt si ante oculos ponatur, *et in mente fideliter retineatur, ita vt in ipsam mortem Christi intentus oculis mentis aspiciatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superbia possit inuidia: sed continuo ad vitam praesentiam totus ille, quem supra enumerauimus peccati, et carnis fugatur exercitus*. Iam ne intelligunt? an habent opus monitor, homines stuptidissimi?

X. Constantinus Magnus Labarum in formam crucis redegit, apud Eusebium libr. 9. historiae, cap. 9. Quia vero Labarum adorabatur, nunquam crucem Constantinus in Labaro posuisset, si putasset, esse idololatricam venerari crucem: imo Sozomenus libr. 1. cap. 4. scribit, ideo Constantinum id fecisse, vt milites assuetetent crucem venerari.

XI. Respondeo: Eusebium dicere crucem ab Imperatore formatam praeterea exercitii, de cultu alium egisse silentium. Posteriores Eusebio, scribere, Labarum ipsum formatum in figuram crucis, de quo non opus est contendere, sed idem non nihil de cultu addidere, & quidem quo recentiores, eo discretiores. Itaque in eo testimonio, vix momentum vllum. Non enim, quid Constantinus aut fecerit; aut cogitauerit, ita expressum est, sed quid ij: quantumque ad superstitionem deflecterent. Nam ita sane factum, vt ab hoc Constantini initio, magnos profectus superstitione fecerit: vt non sit mirum, non paucos paulo inconsideratis loqui. Et tamen Sozomenus haec dixit, & *negatiam*: aspectum, & cultum Gregerus vertit: vt, & Christophoronus, non male, dum ne cultus religiosus intelligatur: nam *negatiam* generalis est, & comprehendit omnem cultum, etiam vtilem potius quam honorificam, vt videatur Sozomenus ita temperasse orationem; vt ne excederet. Quamquam, vt dixi, quid ille senserit, non valde laborandum.

XII. Theodosius prohibuit humi crucem sculpi, vel pingi: ne sacrum id signum pedibus calcaretur. Arcadius monentem iussit audi cruce insignitam. Tiberius erigi iussit crucem in marmo re incisam. *Cruce Domini, inquit, frohem et peptus inuare debemus; et nos eam pedibus terimus?* apud Paulum Diacolum.

XIII. Verba & voces. Theodosius noluit pedibus calcari: at non iussit adora. Illud ad nos non pertinet: & magis forte ad Papistas, hoc autem id est de quo disputandum. Quamquam incertum est, vtrum ita sanctum sit olim a Theodosio, vt legitur hodie in Codice: & non potius interpolatum a posteris. Nam Chinitus in veteribus manuscriptis longe legit aliter. Arcadij moneta quorsum? Certe Prosper, non in cultu, sed in vsu eam fuisse docet, de Promissionibus parte 3. promissione 34. *Victor auream monentem eum eodem signo crucis fieri praecipit, quae in vsu totius orbis, et maxime Asia, hodieque persistit*. Quid ergo, coluntur. he omnia, quae in vsu sunt? Atqui idem Arcadius in eadem moneta, puto, suam effigiem voluit eudi, sic enim fieri solebat, an vt se adorari iuberet? Absit. De Tiberio idem iudicium, quod de Theodosio.

XIV. Lactantius de cruce carnem scripsit, in eo que. *Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora*. Athanasius ad Antiochum; quae st. 16. causam reddit, cui faciant, & colant Christiani imagines crucis; potius quam lanceae, & spongiae.

XV. Sed carmen illud Lactantij nunquam fuit. Ita censent docti: & quonia Papistae adeo sunt iniqui, vt neminem testem recipiant, nisi sibi domesticus legant Michaelem Thomafium; tomo 9. Bibliothecae Sanctorum Patrum ad finem operum Lactantij. *Carmina, quae in libro impressi: Lactantio attribuantur, in nullis antiquis codicibus inueni*. Et post. *Illius tertij poematis de passione Domini, nullum vestigium vquam reperire potui*. Quaestione ad Antiochum antea demonstratum est, esse recentis alicuius auctoris.

XVI. Chrysostomus in supplicationibus argenteas crucis, cum facibus ardentibus praeferi iubebat; apud Socratem libr. 6. c. 8. & Sozomenum libr. 8. c. 8. Idem libro, Quod Christus sit Deus, dicit crucis figuram omnibus locis pingi solitam.

XVII. Praeferi iussit crucis. Sed an adorandas? Tacent historici. Iesuitae diuinant. Num san? At idem qui crucis, etiam facies iussit. An has quoque adorandas? Ergo praefere, non est adorare. Sed ipsa, inquit Gregerus, ex tam pretiosa materia crucium est, ctio, honos quidam crucis fuit. Itaque Ergo eiusdem est, ctio ex ligno tam vili materia, ignominia quaedam crucis erit. Placet ne? Sed categorice: Adoraturne, quicquid sit ex argento? Si, quia pretiosum: ergo magis adoratur, si ex auro pretiosiori. Et quia latra summa est adoratio: Ergo crux argentea, (multo minus lignea) non adorabitur latra. Sed Catholici negant cultum religiosum vllum auro argenteo consistere. Addit. Putas tu ciues Constantinopolitanos adeo fuisse religionis

ppP

expertes,

expertes, vt transeunte cruce nullum reuerentia signum exhibuerint? Religionis expertes, inquit, quasi iam euicisset nullam religionem esse, nisi in adorandis crucibus. Imo ego puto, quia religionis non fuerunt expertes, ideo crucem non adorasse rem creatam, sed solum Creatorem.

XVIII. Figuram crucis Chrylostomi tempore depingi solitam, docere nō debuit Bellarminus. Nam nos quidem tūc temporis pictores credimus fuisse. Sed adoratam, hoc debuit: hoc non praestitit. Imo, ait Gretserus, in eolibro crucis diuinam virtutem magna oratione Chrylostomus depraedicat: ita vt singulae syllabae crucis cultum resonent. Et quid sibi hęc uolunt Chrylostomi uerba? *Nec sic corona regia ornatur caput, ut cruce, quae omnium cultu dignior.* Annon uides quid Chrylostomus asserat? Annon ipsum cultus, seu *ἱερωσύνη* uocabulum habes? Audacissime, sed fallacissime. Nam de uirtutibus illis crucis declamatis, idem iudicium, quod in Iustino antea. Multis sane crucem laudat Chrylostomus: at adoratam non dicit, quo nobis hunc opus. Saltem, inquit, omni cultu pretiosiore dicit. O Veterator! Nam hic cultus non est *ἱερωσύνη*. Quid igitur? *Κόσμος*. Significat nullū esse cultum, id est, ornatum, quo caput dignius ornatur. Colebat ergo crux reges; si ita licet colere, pro ornate, ut cultum pro ornate dicere.

XIX. Augustinus in Ioannem tractatu 36. & in Psalmum 36. *Quintum honorem tribuit supplicio suo, qui seruat fidelibus suis?* Cyrillus libro 6. in Iulianum, respondet Iuliano reprehendenti Christianos, quod lignum crucis adorarent, eiusque figuram ante domos suas depingerent. Rufinus libri 2. c. 29. historiae, testatur apud Aegyptum, depictas fuisse cruces loco thoracis Serapidis, quem Ethnici uenerabantur. Beda historiae Anglorum libro 1. c. 25. scribit Augustinus, ad Angelos missum, crucem argenteam, & imaginem Christi pro vexillo praetulisse. Gregorium libri 7. Epistola 5. de crucis ueneratione loquitur. Leo sermone 8. de passione Domini: *Pulchra specie triumphi sui portabat trophaeum, & inuictissima patientia signum salutis adorandum populis omnibus inferebat.* Sed uilius. *Nec quis ignoret speciem crucis esse colendam.*

XX. Sed honoris uocabulum saepe diximus, non significare semper hanc adorationem, de qua disputamus. Honorari supplicium Christi; honorari crucem, Augustinus dixit, pro honestari. Argumentum: quia honori tribuit, quod prohibitum sit, quoniam crucifigis: quod in frontibus regū locaretur. Ea uero ad religiosum cultum non accedunt. Rursum a minori ad maius. *Qui tantum honorem tribuit supplicio suo, quid seruat fidelibus suis?* Ergo maius quid fidelibus. Et tamen non adorationem: certe non latiam; contentibus Papistis.

XXI. Cyrillum Iuliano obiectanti adorationem Crucis, scio respondisse. Sed hic quae vis est argumenti? An quia Iulianus obiecit? At qui non decet Ecclesiae mores aestimari ex Apostatae impurissimi calumniis. An quia Cyrillus respondit? Recte, si respondens concessit adorari, si adorandam crucem docuit. At qui neutrum. Sed tantum: *pretiosi ligni crucem facimus, in memoriam omnis boni, & omnis uirtutis.* In memoriam: at haec procul abest ab adoratione. Et in memoriam, quia paulo ante: *Hac omnia, nimirum quae pro nobis Christus in cruce fecerat, recordari nos facit salutare lignum, & suadet ut cogitemus, quod sicut dicit diuinus Paulus, unus pro omnibus mortuus est, ut uiuentes non ultra sibi ipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Haec ibi de Cruce Cyrillus: nec praeterea uerbum.

XXII. At Gretserus considera i iubet alium locum ex Cyrilli homilia sexta contra Nestorium: Et recitat, *Per te (Deiparam uirginem alloquitur) Trinitas sanctificatur: per te crux pretiosa dicitur, & adoratur in toto orbe terrarum.* At ego diligenter consideravi: & uidi Iesuitae, quid dicant: nam certe audaciam si dixerō, minus dixerō. Sed eo loco nihil legi huiusmodi in editione Parisiensi anni millefimi quingentesimi septuagesimi secundi. Sic potius, *Saluo, quae incomprehensibilem in sancto uirginali utero comprehendisti: per quam sancta Trinitas per uniuersum orbem glorificatur, & adoratur: per quam caelum exultat: per quam Angeli & Archangeli latantur, & caetera non pauca: sed in iis de cruce nihil.*

XXIII. Rufinus depictas cruces dixit: non dixit adoratas. Beda praetatas dixit: non dixit adoratas: etsi iam huius, de quo agit, Augustini tempore, id est Gregorij, superstitio nimium inualuerat; & coli coeperant imagines. Ille etiam Augustinus fastuosiore se quam sanctiore exhibuit. Nec mirum, si Leo adorandum signum dixit, eadem inualescere superstitio. At non debuit; nulla scriptura iubente, non praeterea etiam purissima Ecclesiae aetate. De Sedulio, idem iudicium.

XXIV. Quantum argumentum ab apparitione, & miraculis crucis. Apparuit Constantino lucidissima in aere, cum his uerbis, *Ὁ τῆς ζωῆς.* Item in monte Oliueti, tempore Constantij. Item tempore Iuliani Apostatae, auctore Nazianzeno, oratione prima in Iulianum, apparuit in extis hostiae crux coronata. Et Iudaeis Hierosolyma aedificantibus, circulus ingens, crucem splendidissimam ambiens, teste eodem, oratione secunda in eundem. Rursum Arcadio, teste Prospeto: iterum tempore Leonis Iconomachi, in uestibus. Multa etiam miracula crucis figuram effecta sunt.

XXV. Sed hoc frustra est. Non enim omnia quae apparent in aere, sunt adoranda. Apparent sapissime Cometae: nec tamen adorandi. Apparuit magis stella dux uia ad Christum, nec tamen adota. Apparuit Iudaeis nubes, apparuit columna ignis: neutra tamen adorata. Atque adeo nec Constantinus, nec Arcadius, crucem sibi apparentem leguntur adorasse. Ille tantum posuisse in Labaro, & in statua sua: at nullis in locis religiosis. Ille in nummis De miraculis, responsum alias, cum de Imaginibus ageretur.

XXVI. Quintum argumentum: Signa rerum sanctarum sancta & uenerabilia sunt. At quaelibet crux gerit imaginem Christi crucifixi, id est, Christi in ipso opere redemptionis occupati, qua nihil sanctius cogitari potest: Ergo quaelibet crux est sancta & uenerabilis.

XXVII. Sed & hoc argumentum alias refutabatur. Primo, negatur omnia signum rei sanctae esse sanctum. Sed duntaxat id, quod est à Deo institutum. Secundo, negatur omnia sancta esse adoranda: sed tantum quod per se sanctum: id est, solum Numen. Tertio, negatur crux esse signum aut à Deo institutum, aut per se sanctum. Quarto, negatur eatenus esse signum Christi crucifixi, quatenus figura est: sed tantum quatenus *λαβάνων*, sicut clauos, & spongiam, & flagra, & similia.

CAP. VI.

De adoratione signi Crucis.

I. Adorandum signum Crucis tribus probat argumentis Bellarminus. Primo, ex figuris Testamenti Veteris: nimirum sanguine agni in postibus domorum, Exodi duodecimo. Litera Tau in frontibus gementium, Ezechielis nono: Manibus Iacob in crucem compositis, Geneleos quadragesimo octauo. Nam iis omnibus significabatur crux. Secundo, ex Veterum testimonio qui floruerunt quatuor primis seculis, qui de usu signi eius multa dixerunt. Tertio, à miraculis, quae multa facta sunt ad idem signum.

II. Ad primum respondeo dupliciter. Primo, non omnia, quae in Veteri Testamento significata sunt, esse adoranda: sed solum ex iis Christum: nec quia significatus, sed quia Deus est. Gretserus: non simpliciter quidem se qui fateretur ex praesignificatione: sed ita se qui: Crucis signum praesignatum est in Veteri Testamento, ut sanctum quiddam & religiosum, & ut mortaliū tutela & praesidium: Ergo est ueneratione dignum. Sed haec consequentia aequè negatur. Non enim quicquid sanctum est, & religiosum, & tutela ac praesidium mortaliū, id adorandum: sed duntaxat Deus; fons Sanctitatis, & religionis: & uere tutela, ac praesidium nostrum. Itaque cum neque in reuelatione, neque in sanctitate, religione, praesidio, tutela, uis nulla sit ad consequentiam, totum argumentum est inutile.

III. Secundo nego crucem significatam in Veteri Testamento; nisi per accidens: hoc est, quatenus Christus significatus est crucifigendus. Sed crucem directe, ac per se significatam uilis, nego. Nec ignoro tamen produci posse in contrarium testimonia quaedam ex Patribus. Sed ego quicquid Patribus in buccam uenit, non censo amplectendum ut Verbum Dei. *Potest, inquit, Augustinus in Psalmum 36. nihil aliquid uideri, alteri aliud: sed neque ego, quod dixerō praescribo alteri ad meliorem intellectum, nec ille mihi.* Idem de reliquis dicendum. Itaque liceat in earum sententias inquirere.

IV. Certe illud de sanguine agni posito super vitroque posse, remotissimum est à cruce. Hoc solum tenuissimum uestigium; positio in poste, non nihil alludit, ad positionem, in fronte; quae in corpore supremum locum occupat, sicut in ostio postis. Sed sanguis, quanto aptius sanguinem Christi significaret? ut apud Gregorium homilia uigesima secunda in Euangelia. *Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicisti. Qui sanguis super utrumque possem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.* Gretserus excipit; posse uinum idem quae plura significare. Ita sane, inquam, sed primo uariis rationibus. Itaque eadem ratione, quae significat sanguinem, non potest significare Crucem. At uini loci uinea est ratio. Quare si hoc uino loco significat sanguinem Christi, non significat crucem. Deinde uinum idemque potest uaria significare: at non quaelibet: sed ea tantum, ad quae habet analogiam. Quenam est uero analogia sanguinis agni ad crucem? Nam agno significari Christum, nemo iusticias eat. Quomodo ergo sanguis ex agnoeductus; significabit crucem noneductam ex Christo? sanguis, inquam, effusus, crucem, compactam?

V. De Tau Ezechielis intelligo Patres non pauca dixisse: & putasse significari ipsissimum signum crucis, etiam ex literae figura. Inter quos Hieronymus: *Antiquis Hebraeorum literis, inquit, quibus usque hodie uiuunt Samaritani, extrema Tau litera crucis habet similitudinem: quae in Christianorum frontibus pingitur, & frequentis manus inscriptione signatur.* De quo ipse uiderit. Certe Samaritanum nullum est elementum, cui cum figura crucis sit commune quicquam. Caeterum Tau Hebraeis est quoduis signum. Itaque quum de signo sermo sit, quo quis eximitur à morte, longe certius id signum fidem esse dixerō, quam certum est, qui habuerit, non uisurum mortem. Nam de signatis in fronte signo crucis nihil simile Scriptura dixit: imo contra experientia docet.

VI. Ad secundum. Multas uideo Patrum autoritates, quae perspicue docent in magno usu fuisse signum crucis. Verum non uidi, vel unicum, quo doceatur adoratum fuisse. Dionysius & Augustinus & Chrylostomus adhiberi in conficiendis Sacramentis. Reliqui multi, fieri in fronte: & quidem Tertullianus & Prudentius, ad singulae pene momenta; Ephrem in singulis membris. Alij ad munitionem, ad tutelam, maximè contra Demones. Sed nemo, ut dixi, coli, aut adorari, quae nostra quaestio est.

VII. De tertio, piget toties dicere: Per signum crucis patra sunt miracula: Ergo signum crucis adorandum: consequentia nulla est. Aqua Zelotypiae Numerorum quinto patrabat miracula: nec tamen adorabatur. Virgo Moysi patrabat miracula, nec tamen adorabatur. Piscina Siloe patrabat miracula, nec tamen adorabatur. Denique Apostoli patrabant miracula, & tamen prohibebant se adorari. Angeli patrabant miracula: & tamen prohibent se adorari.

CAP. VII.

De constituendis imaginibus in Templis argumenta Papistarum.

I. Superest quaestio de Imaginibus constituendis in Templo. Et Papistae coacti ipso praedictio adorationis asserunt. At Catholici distinguunt; imagines alias ad adorandum, alias ad ornandum. Illas tamen adorant, sed in templis omnium minime collocandas: nec posse fieri absque impietate. Has uero per se quidem indifferenter ubiuis locorum haberi: sed in templis tamen periculosissime: ac proinde illas sibi optime Ecclesias consulere, quae omnino nullas tolerant. Papistae sic disputant.

II. Primo, quia in Testamento ueteri, quando Iudaei propensissimi ad Idololatram erant, in templo fuerunt Imagines Cherubim; Exodi 25. & prioris Regum 6.

III. Respondeo, negari consequentiam: quia dissimilia comparantur. Primo Cherubim erant ornamentum Arcæ testimonij, & eius duntaxat appendices. Itaque erant in templo non per se, sed per accidens: quomodo annu-

do annuli, quomodo vestes, & similia; partes Arcæ: ad eiusq; vsus necessa-
ria. At Imagines à Papis collocantur longe aliter: nihil enim conferunt
ad templi necessitatem: aut omnino ad vllus vsus templi: & collocantur per
tam stupidus est, vt à præcipuo diuertat, ad accidens.

IV. Secundo, Cherubim ita erant in templo, vt tamen à nemine pro-
fus viderentur, excepto solo summo Sacerdote; & quidem semel quotan-
nis. Nam Arca erat intra tabernaculum: & hoc intra sancta sanctorum. Che-
rubini autem in arca. Rursus ij Cherubini, qui iussu Salomonis facti sunt in
Pa, istas imagines non constituuntur in templis; nisi vt videantur: nec in pa-
rietibus tantum, sed in partibus maxime conspicuis; atq; adeo ad altare: vti
de periculum est idololatriæ, vel maximum.

V. Tertio, maius periculum semper idololatriæ fuit inter Christianos,
quam inter Iudæos. Nam quod supponitur Iudæos fuisse propensissimos
in id peccatum, verum sit fortasse: sed non aliter, quam etiam de Christia-
nitas dici potest: quorum non est alia natura, quam hominum, quibus sen-
sualitas nimium quanta importuna est. Quinetiam Iudæis φιλακτηρία vide-
bantur esse oportuna. Non tantum enim mandatum habebant seuerif-
simum, quod & Christianis est commune. Sed etiam sperationem à Gen-
tibus; inter quas Christianis fuit semper vitium. Itaque vix potuit fieri,
quin ex contagione non nihil hauserent. Quid? quod etiam hodie Papistæ
disputare audent multa non male ab Ethnicis ritu ad religionem Christia-
nam esse translata? Quæ sane vox si apud Iudæos esset audita, vix piari po-
tuisset.

VI. Secundum argumentum Bellarmini multiplex est. Signa sunt sacra:
ergo in loco sacro constituenda. Deinde Imagines templum ornant; & si-
mul mentes continent, ne vagentur in inani cogitationibus. Præterea, tẽ-
plum est imago cœli, itaque in eo esse oportet imagines eorum qui sunt in
cœlo, Christi, & sanctorum. Denique, recte collocantur imagines Sancto-
rum in basilicis eorumdem; vbi sunt reliquæ.

VII. Responded ad primum, imagines non esse signa sacra: sed vel pro-
phana, si sunt adorandi gratia; vel à Deo, si repræsentandi duntaxat. Ita-
que non bene constitui in sacris locis. Ad secundum; imagines, mentem
potius turbant vanis impiisque phantasias: quæ eum semel decurrere cepe-
runt à veritate, vix in viam redeunt. Itaque male ponuntur iis locis, vbi om-
nia debent nos ad veritatem deducere: testis Augustinus. Ad tertium;
templum non est imago cœli absolute, sed etiam nimirum quateus in
eo Deus colitur, qui in cœlis est. Præterea consequentia est inepta. Nam
si eorum, quæ in cœlis sunt, imagines deberent esse in templo. Ergo & Dei:
quod est insanissimum, vt antea docuimus. Ad postremum, non est sapien-
ter factum, quum in templa inducæ sunt reliquæ. Itaque non debent et-
iam imagines addi. Deinde, consequentia non valet. Nam reliquæ con-
ducuntur, & ita adduntur ab oculis hominum: at imagines omnibus expo-
nuntur. Itaque in his longe maius periculum.

VIII. Tertium argumentum, ab autoritate Conciliorum, quibus san-
cita est imaginum adoratio, in Oriente septimum, & Octauum Oecumeni-
cum. In Occidente Romanum. Sed ea Concilia tam nullius sunt autoritatis
in hoc capite, quam in aliis de Adoratione. Itaque nihil concludunt.

IX. Quartum argumentum ex consuetudine Ecclesiæ. At nos affirma-
mus primis purissimisque Ecclesiæ temporibus, nulla omnino imaginum
vestigia in templis fuisse Christianorum; populo saltem proposito. Eumque
morem durasse etiam post Constantinum magnum, annis non paucis. De-
inceps tamen cœpisse induci, ornari & historia gratia; vnde tamen emer-
sit paulatim cœdæ idololatriæ, quæ tandem pietatem suffocauit: quo exem-
plo, si nullo alio, euidentissime paruit, quanto consuetudine puri confertentur
templorum parietes. Verum examinemus ea quæ à Bellarmino proferuntur.

X. Ante Constantinum, Tertullianus libro de Pudicitia, bis testatur in
sacris calcibus Ecclesiæ Catholice depictum fuisse Christum in forma pa-
storis, oem errantem suis humeris reportantis.

XI. En vobis, Catholici, quicquid Papistæ corradere potuerunt totis
tribus primis Ecclesiæ seculis. Nullam Dei, nullam Angeli, nullam vllius
Sancti imaginem, imò ne imaginis quidem vestigium. Non parietibus affi-
xum; non altariibus prostratum: sed in calcibus cælatum, nescio quid. *τὸ τῶν
ἱερῶν ἱερῶν!* Quam diuersa illa fueret tempora, à recentissimis:
vbi non calices inquit et curiositas diligens, vt sciat, quid in templis fieri ve-
stibula ipso primo statim aditu, nihil non pictum obuiant oculis; parietes,
laquearia, solum, & præcipue altaria, myriades imaginum, sigillorum,
scillorum, statuarum, exhibebant, vt nihil, aut certe vix quicquam possis
oculis vlturpare, non pictum, non fictum, non fustum, non cælatum, non do-
latum, & quæcumque meliora tempora Ethnicis exprobrabant. At trecen-
tis totis annis, sagacissimi Papistæ, non parietem, non altare, non tabulam,
non lapidem, non asserem inuenire potuerunt, postquam omnia curiosissime
euertentur: imò, nisi postquam omnia fœdissime euertentur. Solum cal-
licem forte fortuna obuiam factum, mordicus arripunt: vtilem tantis tri-
umphis materiam. Et non est ea desperata causa?

XII. Tertullianus ita habet cap. 7. *Procedant ipsa pictura calcicum ve-
strorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrumme Chri-
stiano, an Ethnicis peccatori de restitutione continet.* Hæc ille. Vbi primum
calices Bellarminus interpretatur Ecclesiæ Catholice; Pamela etiam, quo-
rum vsus esset in sacrificiis, id est, in communionem, nam ille quidem Papisti-
ce loquitur. Sed quo autore? Aut, cur non potuerunt esse calices alij? Nam
Hieronymus in quartum Ionæ, docet in cucurbitis vasculorum, quas vulgo
Saucomarias vocant, Apostolorum imagines adumbrari solitas. Secundo,
si ij fuerunt, vnde consequens, ergo imagines in templis constitutæ? Nam
in templis fuerunt quidem ear picturæ, si fuerint ii calices: quando quidem
picturæ in calcibus: sed quomodo etiam musæ, statuis hærentes id est, per
accidens. At quod in templis constituitur, non est in templis per accidens.
Iam vero de iis, quæ sic in templis sunt per accidens, nostra nulla cont. ouer-
sia est: sed de iis quæ constituitur. Tertio, quorsum hoc exemplum ad
imagines? Nam hæc certe pictura, Tertullianus, imago non fuit, neque Chri-
sti, neque vllius sancti. Sed Emblemata duntaxat, significans bonum pasto-
rem. Quod genus longe alienum est ab hoc proposito: nisi quod ad id acce-
dit Christophorus & Georgius: non tamen ille Christophorus, & Georgius

primorum Papistarum, qui nullum alium concipiebant Christophorus,
nullum Georgium, quam qualem videbant: sed recentium Iesuitarum, qui
nunc primum videntur non nihil velle reformare: & Christophorus,
Georgiumque mythologicum proponere.

XIII. Conceduntur ergo nobis integra secula, non tantum prima, sed
& purissima, castissima, sanctissima: quibus nullum fuit imaginis vllius ve-
stigium inter Christianos. Pergamus ad seculum Constantinum. Eusebius er-
go (inquit Bellarminus) libro 3. & 4. de Vita Constantiniana, dicit, in templis
ab eo Imperatore exstructis in Palestina, fuisse maximam copiam imagi-
num aurearum, & argentearum. Damasus in vita Syluestri scribit eundem
Imperatorem, in loco, vbi erat baptizatus, posuisse agnum ex auro purissi-
mo, & ad dexteram eius statutam argenteam Seruatoris: ad læuam Ioannis
Baptistæ. In Ecclesia Lateranensi, Saluatoris, duodecim Apostolorum, An-
gelorum quatuor.

XIV. Respondeo, Damasus huic iam pridem laruam esse detectam: &
esse agnitionem pro Anastasio Bibliothecario, qui vixit post Nicænum Conci-
lium Idololatriæ, ipse etiam in signis idololatriæ. Multa narrat, quorum si-
des ab eo solo est: vt donaria infinita vni templo collata, quod appellat Con-
stantinianum; in quo aurum plurimum fuit: argenti libræ plures quam de-
cies quaterque mille: præter gemmas & aurichalcum; & reliqua. Quæ ne-
que ipse non superstitiose donare potuit; neque sacerdotes admittere. Sed
illud certe ingens mendacium est, baptizatum fuisse à Syluestro Constanti-
num: contra enim omnes Veteres magno consensu. Quem Baronius vt con-
uincat, turbat omnia; & Constantino cogitur apostasiam affingere: imò in ea
apostasiam immanem perfectionem: quæ apud Veteres omnino ignoratur.
Itaque reliqua omnia huius blateronis, fidem merentur nullam.

XV. Sed Eusebium citat etiam Bellarminus. Qui fronte? Nam is pro-
fecto nunquam vllius imaginis meminit constituta in vltro templo Chri-
stiano. Miratur, vnde tantum mendacium Bellarmino in mentem venerit, si
solum hoc illi excidisset. Certe libro quarto toto nulla imaginis mentio, nisi
capite quadragesimo octavo, habes *τὸ κολο πικρῶν σῶμα*, boni pa-
storis symboli: crucem Christophorus exstimat: ego potius idipsum,
quod Tertullianus obseruabat in calcibus. Item *τὸ δαιμόνιον αὐτῶν λίσσι.*
Hæc inquam habes. *ὅτι ἡ εὐαγγελία περὶ αὐτῶν ἐστὶν ἐν μέσσοις τῶν πόλεων.*
Sed vbi posita? In Ecclesiis? minime gentium: sed ἐπὶ τοῖς ἑσθλοῖς καὶ δικαίοις καὶ φιλανθρωποῖς: apud fontes in medio fo-
ro positos. Neque est quicquam de Imaginibus præterea. Quamquam multa
de columnis, de laqueariis, de porticibus: nonnulla etiam de donariis. Sed
omnino inter ornamenta templorum imagines nullæ erant.

XVI. Iam post Constantinum videamus quid sit factum. Nazianze-
nus, Epistola 49. ad Olympium, conqueritur, quod ciuitas Diocæsariensis
euertenda esset, in qua ipse templum mirifice exornat: & addit, neque enim
statua deiiciantur. hoc nos exoruciari etiam si alioqui exoruciat, verum, &c.

XVII. Hæc legas quidem apud Nazianzenum. Sed primo ornatum il-
lum templi intellige, non de vllis imaginibus additis; sed de operis pulchri-
tudine. Græcum enim. *ἡ θεοῦ οἰκουμένη ἐστὶν ἐν μέσσοις τῶν πόλεων ἀντι-
πέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἡ πόλις ἐστὶν ἐν μέσσοις τῶν πόλεων.* Fiat receptaculum
sancti spiritus. Deinde statuas, ἀνθυῶντες; non in templo, sed in reliqua vrbe: quo-
modo solebat fieri, vt vel Imperatoribus, vel alijs viris magnis statuas erige-
rentur. Ergo dolet Nazianzeno, primo templum dirui: secundo statuas: Nec
vllum indicium est, quo quis euincat has statuas ad templa pertinere.

XVIII. Sozomenus libri quinti capite vigesimo, & Nicephorus libri
decimi capite trigesimo, scribunt tempore Iuliani Apostatæ statuas
Christi, quæ apud Paneadam fuerat, in templum à Christianis intro-
ductam.

XIX. Imò operæpretium fuerit imposturam detegere. Statuam illam
in Paneade primus obseruauit Eusebius Historiæ libri septimi capite deci-
mo quarto, editionis Christophorionianæ: eamque se vidisse asseruit. Aste-
rius in Bibliotheca Photii capite ducentesimo septuagesimo prima, *ὅτι
ὁ βασιλεὺς ἰούλιος ἐν τῇ εὐαγγελίᾳ ἐπὶ τῆς πόλεως ἀντιπέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος,
καὶ ἡ πόλις ἐστὶν ἐν μέσσοις τῶν πόλεων ἀντιπέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος,*
καὶ ἐπὶ τῷ ἀντιπέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐστὶν ἡ πόλις. *ὅτι ἡ πόλις ἐστὶν ἐν
μέσσοις τῶν πόλεων ἀντιπέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἡ πόλις ἐστὶν ἐν
μέσσοις τῶν πόλεων ἀντιπέδον τοῦ ἁγίου πνεύματος.* Nihil obstat, quominus statuam seruiatam esse hinc
etiam gratitudinem: nisi Maximinus existisset ille, qui ante Constantinum Ro-
manus imperauit, vir Idololatra & impius: qui iniuidentem hanc statuam Chri-
sti, urbem illam hoc are spoliavit: nec tamen rei gesta memoriam aboleuit. Vi-
dit ergo Eusebius: sed eodem viuento à Maximino est ablata.

XX. Et tamen Sozomenus Iuliani tempore adhuc stetisse asserit. Quod
qui fieri potuit? Sozomenus diserte pronunciat, à Iuliano eam statuam a-
mortam, rapatam ab Ethnicis, & contractam: Christianos frustra collecta
repositis in Ecclesia: atque ita seruasse. Nicephorus, fractam omisit, dixit
Christianos in Diaconium transtulisse: & honoratiore loco positam, cultu
conueniente profectos. Mirum, nisi cui fucus subolet. Nam certe postero-
res diuinare nec potuerunt, nec debuerunt. Sed in Nicephori stylum vides
Iconolatriæ purum putum. Sozomeni narratio nihil ad nos: non enim sta-
tuam positam narrat, sed frustra collecta, & reposita. Itaque nullum hic mo-
mentum est.

XXI. Augustinus libri primi de Consensu Evangelistarum capite deci-
mo, testatur multis locis suo tempore cerni potuisse Christum depictum
inter Apostolos Petrum & Paulum: & idem dicit de historia Abrahæ ma-
ctare volentis filium, libri 22. contra Faustum, cap. 73.

XXII. Recitentur loci. Prior, est de literis quibusdam confectis Chri-
sti ad Petrum & Paulum. *Occurrit eis Petrus & Paulus: credo quod pluri-
bus locis simul eos cum illo pictos viderunt.* Posterior. *Nisi forte non ei veniret
in mentem factum ita notabile, vt non lectum, nec quæsitum animo occurrer-
et: vt denique tot linguis cantatum, tot locis pictum, et aures & oculos diffi-
mulantes feriret.* En tibi confectum negotium: pluribus locis: id est in
templo: tot locis, id est in templo. Quasi præter templa, nulli loci. Imò
non est credibile, inquit Bellarminus, Augustinum loqui de priuatis domi-
bus, ad quas non omnibus parietis aditus: sed de publicis locis: & locis non
prophanis, sed sacris. Probat, quia Gregorius libri noni Epistola nona
dicit in locis venerabilibus non sine ratione depictas imagines Sancto-
rum

rum fuisse ab antiquis. Nam, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Enimvero, inquam, illud longe verisimilius Bellarminum ariolari. Nam primo, cur non de privatis locis? Quia ad eos non omnibus patet aditus. Atqui nihil hoc opus fuit: nam etsi non omnibus in singulas domos patet aditus: tamen plurimis patet: & si ad unam, non omnibus: certe ad plurimas, aut omnibus; aut pene omnibus. Deinde de iis locis publicis intelligendos: an propterea sacrosi? Cur non potius ipsorum tabernacula pictorum; in quibus solent publice prostare tabulae? Cur non plateas, in quibus Constantinus cruce, & Daniele in iussu representari? Cur non porticus? At Gregorius. Oprime! nam valde equum est ex huius scriptis, Augustini scripta aestimari: quasi nihil interfit! Atqui, ô bone, iam Gregorij tempore eivno mania eruperat; & in eo erat, ut pietatem suffocaret. Deinde, cur non antiquos, Gregorius intelligere potuit eos, qui suam ætatem proxime antecederant? Mortuus est autem Gregorius aetatis ferme ducentis post Augustinum.

XXIII. Basilius, oratione in sanctum Barlaam in fine, in ipsa concione ostendit imaginem sancti Barlaam alicubi in templo depictam, & ait gaudere se, quod melius pictores expresserint manum eius pro Christo combutam, quam ipse oratione descripsit. *Ab eo, inquit, fortium martyris fidorum pictura à vobis superatus. Gaudete tali vestra fortitudinis victoria hodie victus: Video manus ad ignem lucem exactam: à vobis descriptam. Video lucatorem in vestra imagine illustrius depictum.*

XXIV. Imo nugæ, inquam; nihil eiusmodi Basilius. Nullam, inquam, imaginem ostendit in vlla parte templi, aut constitutam, aut pictam, aut quicquam eiusmodi. Quid ergo? Certe suus Bellarmino interpretis imposuit Nam Basilius non quicquam à pictoribus factum laudat. Sed oratoria apostrophe pictores alloquens, iubet tabulam pingere, in qua eius martyrij historia representetur. Lege Græca. *Αἰσχρὸν μοι καὶ ἄλαστον, τὴν ἀθανάτων κατὰ θεοῦ τὴν ζωὴν φέροντες τὴν ἐξ ἑσθέρου πολὺν δούλου εἰσεῖν τῆς ὑμετέρας μεγαλειότητος τέχνης: ἀνευθρησθη παρὰ μὲν τῶν πεφραμένων γρηγορήτων, τοῖς τῆς ὑμετέρας σελῆς ἀειλάμψαται χρόνοι οὐκ ἀπείδω τῆ τῶν ἀεὶ δέονται πρὸς μὲν τοῦ πατρὸς ἡμῶν νεκερόμαζον γρηγορήματα τῆ τιωμένης ὑμετέρας ἰσχῦος ἡμῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας: ἰδὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ τοῦ ἀκατάστρεπτον παρὰ ἡμῶν γρηγορήσῃ τῶν πάλιν. ἰδὲ φαυλότροπον ἐπὶ τῆς ὑμετέρας τὴν παλαιῶν γρηγορήσῃ εἰς ἡμῶν.* Hæc Græca ita vertenda fuere: *Consurgete mihi nunc, ô illustris athletorum facinorum pictores: Ducis huius mancans effigiem vestris artibus illustrate. Huic illustrem corona, à me obscurius pictum illustrate vestra artu coloribus. Audin' Basilius iubentem fieri? Non erat igitur factum: ideoque ne vllam quidem imaginem videbat: nullo in templo. Quare sequentia ita erant reddenda: *Discedam, id est, efficit, ut discedam, ut istius à vobis representatione rerum à martyre gestarum. Gaudam superatus hodie huiusmodi vestra facultatis victoria. Videm lucem illam manus cum igne à vobis exactam descriptam. Vide à lucatorem nostrum in vestra imagine luculentius pictum.* Hæc Basilius sunt: sed aliena à Bellarmino. Ut taceam, quod non nullis vltum scio, pictores ab eo nominari, metaphorice pro oratoribus: ad quod prius, *ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἐλάττω τὴν ἀρίστην ψάλλομενοι: τῆς μεγαλοφρονήσεως τῶν διδασκάλων ἐπ' αὐτὴν καλοῦμεν σαλπίζου. Cur puerili balbutie Victorem minuo? Cedamus, linguæ quibus in eius hymnos magnificentia maior. Advocatus tuas illas magistrorum in id ipsum magis vocalis. His autem illa de pictoribus subiciuntur statim: nimis abrupte, si non sint iidem.**

XXV. Atque hæc tunc nihil vsquam apparuit vestigiorum; quo fides fieri possit, imagines vllas in Christianorum templis fuisse. Deinceps autem ex Nysseni oratione in Theodorum; ex Prudentio; & Paulino, quos eam ob causam Bellarminus non omittit, apparet, Ecclesiarum parietes illustratos variis imaginibus; simul ornatos, & historia gratia: quem vsus diximus ἀδιάφορον esse per se. Sed hunc eundem subsequitur error docuit non esse expertem periculi. Itaque longe præstare, cum prima purissimaque Ecclesia, eo vsu in uniuersum abstinere: cuius, vel inanissima oculorum delectatio, fructus est, si ornatus quaritur: vel ad summum, si historia, rerum præteritarum rememoratio: quam Pastorum homilia longe illustrius, longèque vtilius præstare possunt: vnde mos inualuit apud Papiastas, ut imagines, quæ reliquo toto anno habentur pro doctoribus plebis, diebus quadragesimæ, velentur, quum solent viui prædicatores suam lectionem implere.

C A P. VIII.

Imagines non esse constituendas in templis.

I. Contra Catholicos. Primo. Si Imagines omnino prohibita sunt fieri adorationis gratia: ergo facta non debent in templis constitui. Patet antecedens: ex secundo Legis mandato, *Non facies tibi imaginem sculptam, neque vllam similitudinem eorum, quæ in celo sunt, sursum: aut in terra deorsum: & in aquis sub terra: non adorabis eas, neque seruis eis.* En tibi dicitur; non tantum non adorabis, neque seruis: sed etiam, non facies. Tertullianus. *Idolum tam fieri, quam coli Deus prohibet, quarto de Idololatria. Nazianzenus, & ἡ σῆσις ἰδωλῶν καὶ τῶ ἀποσοῦ ἐκεί; Non statues, non eriges statuam inanem, neq; inanem imaginem. & ἡ σῆσις, inquit, Ergo, non in templo.*

II. Secundo. Nihil nocens pietati, constituendum est in templis Christianorum. At Imagines nocent pietati: ergo, Imagines non sunt in templis Christianorum constituenda. Maior per se patet. Minor probatur, quia imagines facile inducunt paulatim idololatriam: qua nihil est pietati magis contrarium. Epiphanius hæres. septuagesima nona. *Προφάσει δὲ καὶ αἰ ἐπισθόντων τῶν διαβολῶν ἐ δὲ δόλῳ τῶν ἀσθητῶν τῶν ἀναίσθητων θρονοῦν, οἷς ἀφελμοῦς ἀσθητῶν ὑποδορεῖται ἀζαλοῦται διὰ ποικιλίας τε καὶ ἀνδραγαθῆς. Prætextu æqui & boni insinuans se Diabolus in animos hominum naturam humanam detracens, in oculis hominum statuas, speciem humanam referentes, artificiosa varietate depinxit. Sic omnino apud Papi-*

stas, prætextus est sanctitatis, pietatis: effectus autem statuarum humanarum quæ cum adorantur, eo ipso deificatur humana natura. Atque hoc se metu retineri Veteres sapissime protestati sunt.

III. Sed incommoda grauiter exsequitur Augustinus in Psalms 105. *Quis puer interrogatus non hoc certum esse respondeat, quod simulachra gentium os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, & cætera, quæ diuinus sermo continet? Cur ergo tantopere Spiritus Sanctus curat Scrupularum plurimis locis hæc insinuare, atque inculcare, velut insipientibus, quasi non omnibus apertissima sint, atque notissima? nisi quia species membrorum, quam naturaliter in animantibus, viuente videre, atque in nobis ipsis sentire consueuimus, quamquam, ut illi asserunt, in signo aliquo fabricata atque eminenti collocato suggestu, quum adorari atque honorari à multitudine cæperit, parit in unoqueque sordidissimum erroris affectum, ut quoniam in illo figmento non inuenit vitalem motum, credat nomen occultum: effigiem tamen viuente corpori similem, seductus forma, & commotus auctoritate, quasi sapientium institutorum, obsequentiumque turbarum, sine viuo aliquo habitatore esse non putat. Rursus Epistola 49. quaest. 3. *Et idola quidem omni sensu carere quis dubitet? Verumtamen quum his locantur sedibus, honorabili sublimitate, ut à precantibus, atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animantium membrorum atque sensuum, quamuis insensata & exanima, afficiunt infirmos animos, ut viuere, ac spirare videantur, accedente præsertim veneracione multitudinis, qua tantas eis cultus impenditur.**

IV. Bellarminus excipit, Augustinum loqui de simulacris, præsupposito errore Gentilium: ac si diceret; quando quis putet simulachrum esse Deum; & accedit, ut adoret, & inuocet ipsum simulachrum. Probat ex his; ut à precantibus, atque immolantibus attendantur. Item ex his; *accedente præsertim veneracione multorum.*

V. Et sane verum; ab Augustino præsupponi errorem Gentilium: quem enim alium? Nam neque Iudæi, neque Christiani, imagines aut colebant, aut habebant in templis, ut est demonstratum. Nec poterat diuinare Christianos, quibus erat & verbum Dei pro regula, & Ethnicorum stupiditas pro experimento, ita discessuros à se ipsis, ut imagines adorarent. Sed ratio tamen eadem contra Christianos militat, quos ne suspicari quidem poterat. Quam mens ea est, in imaginibus, si semel coli, honorarique cœperint, vim magnam esse ad decipiendum incautos: quibus tamen in Ecclesia, quantum fieri potest, necesse est prouidere. Porro illud, ut à precantibus, & immolantibus attendantur, non significat eos, qui ipsi statuis immolant, easque precantur: sed eos, qui, dum precantur suos Deos, etiam immolant, statuas attendunt: quomodo Papiastas solent, imo iubent, ut qui Christum precantur, habeat ante oculos eius imaginem: sic, qui Petrum inuocat, non procumbit coram Christophori Colosso: & qui Margaretæ se commendatum vult, non offert cereos Georgij picturæ. Attendunt itaque statuas, dum precantur. Sacerdos etiam, dum Missam celebrat. Accedere autem veneracionem multorum, cur in Ethnicis agnoscat Bellarminus, magis quam apud suos?

VI. Tertio, Christiani abstinere debent non à malo tantum, sed etiam ab omni specie mali: præcipiente Paulo prioris ad Thebalonic. 5. Debent igitur ab imaginibus abstinere: ne quid videantur habere commune cum Ethnicorum Idololatria. Origenes, *ἐπεὶ μὲν πᾶσι ἀρὰ λυγεται, καὶ διὰ τὸ καὶ τὸ ὄσον ἐφ' ἡμῶν κατεπίπτεον εἰς ἡμῶν ψυχῶν, τῶν ἀεὶ τῶ ἀνὰ τὴν ἀρὰ λυγεται θεὸς ἱπείρους. Statuas non honoramus, tum alias, tum hanc ob causam, ne quis sufficiatur statuas esse Deos alios. Et sane, longe hæc grauior causa est, quam quæ olim persuasit, ne cum Iudæis Pascha celebraretur: quod tamen argumentum sufficiebat Patribus olim apud Nicæam.*

VII. Quarto: quia hic imaginum vsus manauit, non à Deo, non à Prophetis, non ab Apostolis sed ab Ethnicis. Est autem absurdum, Christianarum Religionis formam sumi ab infidelibus: sumi ab iis, quorum Religio, aduentu fidei fuit destruenda. Esse autem ab imitatione Gentilium probatur autoritate Eusebij, loquentis de statu Christi, & Apostolorum, quæ suo tempore videbat apud quosdam haberi, libri septimi Historiæ capite decimo quarto in editione Christophoroni. *καὶ ἠνωθησαν οἱ ἀδελφοὶ τῶν πάλαι ἐξ ἰδωλῶν ἀνεργηθέντων ἀσθεῖς τὰ σωτήρια ἡμῶν τῶν πεποιθημένων, οἱ τῶν ὑπερλίαν αὐτῶν τῆς εἰκόνας Παύλου καὶ Πέτρος, καὶ αὐτῶ δὲ τὸ Χρῆστον, διὰ τὴν ἀπομίμωσιν ἐν φαυλοῦσιν ἰσθησομένων, οἷς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀπεργασθέντων εἰς σωτήριος ἰδιουσι παρὰ ἑαυτοῖς τὸ τὸν μηδὲν εἰδῶτων τὸν ἰσθον. Nec plane mirum, eos, qui ex gentibus prognati, à seruatore, dum inter homines vinebat, beneficii affecti fuissent, ista effecisse. Cum & nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius, imagines in picturis colorum varietate expressas, seruata quæ aspectum. Idque propterea, sicut verisimile est, quod maiores nostri ad gentiliū consuetudinis similitudinem quam proxime accedentes (hic tamen pro ἀπεργασθέντων legitur etiὰ ἀφαιρεφολακτων, ac tum verti oportuit, inconsiderate ex consuetudine gentili) eos qui tanquam seruatores illis fuissent, id est, qui illis aliquid salutis & subsidij attulissent, apud se honore ad hunc modum afficere conseruerant.*

VIII. In quibus Eusebij verbis notandum, primo statuas Christi & Apostolorum irre, fuisse inter Christianos ex Ethnica consuetudine, quod nobis probatum oportuit. Et quidem ἀπεργασθέντων, si legas, non potest non διασητικῶς; quasi exprobrata similitudine Ethnicorum, à quibus procul abesse oportuit. Sin malis ἀπεργασθέντων, ut notatum habeo in margine mei codicis, taxabitur eorum inconsiderata superstitas, qui traducti in aliam religionem, non aduerterint sibi ex inueterata consuetudine tantum vitium hæcisse. Secundo: tam nullum fuisse apud Christianos vsum imaginum, tam non ex Religionis Christianarum natura: ut Episcopum, & quidem nominis magni, eruditionis etiam raræ, oportuerit innoturum causam querere ex coniectura: *ὡς εἰκός, sicut verisimile est: & quidem non aliunde, quam ex superstitione Ethnica.*

IX. Richeomus respondet se non tam imitari Ethnicos, quam sequi naturam: quam illi etiam sint sectati. Deinde, posse etiam Christianos sibi proponere Ethnicos imitandos. Primo, quia multa in lege veteri similia sint iis quæ apud Ethnicos, ut sacrificia, & alia non pauca: ceremoniarum multæ etiam inter Christianos. Secundo, si Ecclesia admittit in gremium Ethnicos, ut efficiat Christianos: cur non & quosdam ritus Ethnicos, ut Christianos reddat? Tertio, Paulus Athenis, quantum potuit, conatus est, ut altare Dei incogniti transferret ad cultum Christi.

Ex quibus velim considerari quam sole ut huiusmodi homines religioni populorum lufus facere. Nam hæc sane aut nihil sunt omnino, aut meri sunt lufus. Enimvero quæ ratio docuit, Ethnicos esse sectatos naturam in idololatria? in vfu, inquam religioso imaginum? Aut quid est, cur nos tam stupidos Richeomus æstimaret; qui hoc ei simpliciter dicenti, tanquam alteri Pythagoræ, concederemus? Imo recte Athanasius contra Gentes: ἡ τῶν εἰδωλῶν εὐσεβεία οὐκ ἀπὸ ἀγαθῶν, ἀλλ' ἀπὸ κακίας γίγνεται. Idolorum inuentio, non à bono (ergo non à natura) sed à malo exstitit, ergo præter naturam. Itaque non potest in Paganis imitandis, natura festanda proponi.

XI. Possit autem Christianos aliquando imitari Paganos, non equidem diffitear: nempe ἐπὶ τοῖς βίαισι: cuiusmodi multa sanè ab iis habentur præclara. Sed ἐπὶ τοῖς αἰετῶν δὲ δὲ βίαις, hoc vero negatur. Prima autem Richeomi ratio est falsa. Nihil enim Iudæi habuerunt ab Ethnicis, sed à præceptis Mosaicis, id est, à Deo: & si quæ ex iis similia fuere apud Ethnicos, hi potius sunt imitati Iudæos. Christiani similiter, vere Christiani, præter quædam mere à διὰ φύσιν, nihil omnino usurpant ab Ethnicis. Et si usurpata sunt quædam, male usurpata sunt. Hieronymus in decimum Hieremiæ. Argento & auro decoravit illud, ut fulgore veriusque materia decipiat simplices. Quis quidem error ad nos usque transit, ut religionem in diuitiis arbitremur. Secunda autem ratio, Deus bone, quam puerilis! Ethnici sunt admittendi in Ecclesiam. Ergo & eorum Ceremoniæ. Cur non ergo omnes Ceremoniæ? nam omnes certe Ethnici admittendi. Imo quia Ethnici non sunt nisi ex religione: & in Ecclesiam non admittuntur, nisi ut ne sint Ethnici, hoc est, ut abrenunciarent suæ religioni: ergo religio non est admittenda in Ecclesiam: nam cur abrenuncianda alias? Tertia ratio mera est, & impudentissima impostura. Paulus conatus est transferre ad Christum altare Dei incogniti? vbi? quando? quo teste? Nam id sanè Lucas non dixit. Tantum vsum esse eo altari, primo pro argumento superstitionis Atticæ. Ἀπὸ τοῦ Ἀδελφῶν, inquit, κατὰ πᾶν τὸν οὐρανὸν ἀνεστῆκεν ἡ εὐχὴ τοῦ ἁγίου. Viri Athenienses, omnino conspurcatis vos per omnia quasi superstitiosiores. Secundo pro occasione concionandi, de vero Deo, quem illi non agnoscebant. Sed ut eodem vteretur ad Deum colendum; nunquam id quisquam diuinavit præter Richeomum.

XII. Quinto. Nihil non religiosum, ponendum in templis. At imagines sunt non religiosa. Ergo non ponendæ in templis, Maior patet. Minor probatur ex Lactantio. Non est dubium, quin religio nulla sit, ubicumque simulacrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est: diuini autem nihil est, nisi in celestibus rebus: carent ergo religione simulacra, quia nihil potest esse celeste in ea re, quæ sit ex terra.

XIII. Sexto: in promptu est priscorem Christianorum consuetudo, apud quos nullæ erant imagines in templis, spatio sere annorum quadringentorum. Hoc vero Bellarminus non argumentum esse dicit, sed mendacium, Iesuiticæ. Sed contra patet: Primo ex eo quod fuisse vllas in templis imagines ab eo, aut ab vilo alio probari non potuit. Quod solide confectum est præcedenti capite. Secundo, habemus certa nostræ assertionis testimonia ex vetustate.

XIV. Primo: Lampridius in Alexandro Severo. Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Hadrianus factitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus, sine simulacris inuenerat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani: quæ ille ad hoc parasse dicebatur: sed prohibitus est ab his, qui consulentes sacra repperant omnes Christianos futuros, si id optato evenisset, & templa reliqua deserenda. Et tibi templum Christianorum gratiam, absque numinibus, id est absque vllis simulacris? Bellarminus responderet intelligendum de numinibus Gentilium. Tantumne inquam? Nam deus, faceret. Sed omnino sentus est, nulla in iis fuisse simulacra: quæ numina Lampridius dixit, phrasi Ethnica: quia colebantur, vel ut numina, vel pro numinibus.

XV. Optatus libro tertio refert, quosdam tenicos, quod audissent inferendam imaginem sacris Christianis: dixisse, Quod qui gustaret, aut acciperet de sacrificio, de sacro gustare videretur. Et factetur merito turbatos, iureque dixisse, si ita factum esset. Dicebatur illo tempore venturos esse Paulum, & Macarium qui incenserent sacrificio, & cum altario solemniter operentur, proferrent illi imaginem, quam primo in altari ponerent: sic sacrificium offerretur. Hoc quem acciperent aures, percussit sunt & animi, & unius cuiusque lingua in hæc verba commota est, ut omnis qui hæc audierat, diceret, Qui inde gustat, de sacro gustat. Et recte dictum erat, si ealem famam similis veritas sequeretur. Cur conturbati, quæso, si soliti videre imagines: & quidem in altari?

XVI. Concilium Elibertinum huc spectat. Placuit picturas in Ecclesia non esse, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus pingatur. Ambrosius oratione contra Auxentium libro Epistoliarum 3. In Ecclesia vnam imaginem noui, hoc est, imaginem Dei inuisibilis, de qua dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Illam imaginem, de qua scriptum est, quia Christus splendor gloria, & imago substantia eius. Augustinus cap. 7. de Fide & Symbolo. Tale simulacrum, scilicet, ut patet sedeat flexis poplitibus, Deo nefas est, Christiano in templo collocare. Idem in Platimum centesimum decimum tertium, cum multa dixisset de Idolis, quæ aurum & argentum, appellantur à Prophetâ, idque opprobrij causa. Hoc, inquit, venerantur, quod ipsi ex auro argenteoque fecerunt. Sed enim & nos pleraque instrumenta & vasa ex huiusmodi materia vel metallo habemus in vsum celebrandorum sacramentorum, quo ipso ministro consecrata sancta dicuntur. & in eius honore, cui pro salute nostra inde seruitur. Et sunt profecto etiam ista instrumenta vel vasa, quid aliud quam opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent, & non loquuntur? nunquid oculos habent, & non videntur? Ergo, inquam, nullas Augustinus imagines, statuasve in Ecclesiis viderat. Nam certe si vidisset, quid frontis habuisset, qui eas omisit, quæ sine dubio habent oculos, aures, nares, & reliqua, æque ac aurum & argentum Ethnicorum: neque in alios vsus?

XVII. Ad hunc Augustini locum, en tibi Bellarmini acumen. Augustinus docet simulacra continere homines in errore, non ratione materiæ, sed ratione formæ. Id probari dupliciter: primo, quia multi dorsum convertunt ad Solem, & supplicant simulacro Solis: non quia non sit longe nobilior: sed quia figura gloriofa, non tam facile persuadet Solem vivere & sentire, quam

figura simulacri, quæ est nostræ similis. Secundo, quia Catholici etiam habent in locis sacris vasa ex materia preciosa: & tamen quia deest figura humana, ne Gentiles quidem putarent ea vasa vivere, vel spirare.

XVIII. Mera mendacia: meræ impostura. Et proh Dei, atque hominum fidem! quodnam hoc genus est hominum? aut quis speret ab eis quicquam boni, tam procul abeuntibus à bona mente, à sincera conscientia? Et hos falli quis dicat? Non ego: imo de industria fallere: nec quicquam pensi habere, dum plebem dementent. Certe nemo aut sapius, aut bonus vir, ita Augustinum interpretaretur. Probat, inquit, non propter materiam, sed propter formam, idola detinere homines in errore. Falsum: nullius hic quæstionis status est apud Augustinum: qui potius explicat, quare de oculis, & auribus idololorum tam sæpe Scriptura admonet. Id probat, quia multi à Sole auertunt se, qui eius idolum adorent. Falsum. Nam id ille dicit contra eos qui idola interpretabantur Solem, Lunam, Cælum, Terram, reliqua: itaque se in iis idolis illa colere. Quod si verum esset, tum certe Solem ipsum magis venerarentur quam idola: quod contra erat. Probat secundo, quia Christiani habent etiam vasa aurea & argentea: falsum; nam horum meminit, quum dixit, Hoc venerantur, quod ipsi ex auro argenteoque fecerunt. Nam parata erat exceptio. At vos habetis in tēplis, quæ ipsi ex auro argenteoque fecistis. Huius obiectioni it obuiam. Fuisset autem præuicator manifestus; si sola vasa nominans, dissimulasset imagines. Tum autem, quid erat opus vasibus Christianorum, quum haberent ipsi Ethnici sua, distincta ab idolis: & quæ ne ipsi quidem deos appellarent, aut etiam venerarentur? Et neget quispiam esse hominum peruersissimos Iesuitas?

CAP. IX.

De Epiphania.

I. Epiphanius ita scribit ad Ioannem Hierosolymitanum, 2. tomo operum Hieronymi, Præerea audiui quosdam murmurare contra me, quidam quando simul pergebamus ad sanctum locum qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam quæ dicitur Anabatha, vidi semper ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intra sem ut orarem, inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem Ecclesie, tinctum, atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam, non enim satis memini cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidi in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent: illique contra murmurantes, dixerunt, Si scindere voluere, iustum erat ut aliud daret velum, atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi, quod potius reperire: & precor, ut inbeas presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latere, quod à nobis missum est, & deinceps præcipere, in Ecclesia Christi sitis modis vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi, Decet enim honestatem tuam hæc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollas, quæ indigna est Ecclesia Christi, & populis, quibus tibi crediti sunt.

II. Locus laudabilis. Habes primo velum, in quo erat picta imago Christi, aut sancti alicuius. Id velum pendebat in Ecclesia. Sed in foribus. Itaque, ut videretur, non honoris, sed vilitatis causa, ut sæpe fit, ad prospectum impediendum: aut etiam ventum arcendum. Nam & postea cum scissum est, non clamant presbyteri, non conqueruntur sacrum aliquid violatum: solum postulant aliud tectum: unde ostendunt perinde illis fuisse, pictum esset, an purum. Et tamen habes Epiphanium, Episcopum, virum illustrem, virum doctum, virum in hæresibus exercitissimum: à quo hoc velum tolerari non potuit, nec tantum amoveri iustum sed zelo feruentiori scissum. Tunc rationem habes: quia eiusmodi vela, nimirum in quibus imago sit siue Christi, siue Sancti, pendet in Ecclesiis contra auctoritatem Scripturarum, & contra Religionem Christianam.

III. Vix Papistas. Itaque nullum non mouent lapidem. Sanderus opere de Imaginibus, cuius argumenta examinauit Hospinianus, nam ego opus ipsum non vidi. Bellarminus de Sanctis lib. 2. cap. 9. & Bellarmini Breuiator: Baronius anno trecentesimo nonagesimo secundo. Mathæus Galeus in Croquetii Catechesi, 55. Vasques cap. 3. & 4. disputat. 105. in tertiana Thomæ Alanus Dialogo 5. cap. 21. Fronto Ducaus contra Plessæum cap. 3. Marianus Victorius in editione Chrysostomi. Costerus Enchiridij capite de Imaginibus. Sixtus Senensis libro 5. Bibliothecæ annotatione 247.

IV. Et hi, in tanta varietate constituti sunt (ait Vasques) ut molestum videatur, quid vnusquisque sentiat, recensere: & vero non sibi tantum quid videatur, exponunt: sed & alij alios refutant. Scindunt tamen se in duos exercitus: quasi diuisæ vires essent fortiores. Alij locum conantur commoda aliqua expositione interpolare: alij directe malunt impugnare.

V. Victorius, Alanus, Vasques, alij, negant contra imagines sacras facere. Non enim agere de Imagine Christi, aut sancti vllius: sed alicuius puri, siue, vt maullt Vasques, prophæti hominis, qui tamen pictus esset, quomodo solet Christus aut sancti, & honoris gratia ante fores templi penderet. Itaque nihil mirum fuisse, quod eiusmodi velum Epiphanius fregerit: Quid enim indignius, quam huiusmodi picturis Dei templum conspurcari?

VI. Elegans commentum: & dignum maximis in Papismo ingeniis: atque adeo meliore illo seculo, quo glandes erant, forte etiam lolium, pro cibo. Nam nunc quidem vix est quisquam natis tam obesus, cui hæc tanta committendi audacia possit imponere. Verba hæc sunt Epiphani, Inueni velum pendens in foribus Ecclesie tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cuiusdam, non satis memini, cuius imago fuerit. Ex iis primo habes velum, pendens in foribus: deinde in velo, pictam imaginem quasi Christi, vel Sancti. Veli pendentis incertum est, vtrum vsus fuerit aliquis per sejan propter imaginem. Nisi quod coniectura est in posterius: quia Epiphanius iubet eo potius pauperem mortuum inuolui: vnde colligi possit, non fuisse necessarium. Contra tamen, vix videtur, imaginis honorandæ causa, positum fuisse in foribus: neque enim sic vnquam soliti εἰς τὸν οὐρανὸν: nisi forte hæc prima fuerint gliscentie

gliscentis erroris tentamenta, & iam primulum insinuantis se. Solent enim in maximis etiam sceleribus primordia esse non impudentissima, ex veteri proverbio: Nemo repente deterrimus.

VII. Sed si imaginis pictura fuerit præcipua, siue per accidens, vt solet ornari quæcunque ad vsum Ecclesiæ applicantur; tamen constat hanc imaginem, immane quantum displicuisse Epiphano. Displicuisse autem, non quia imago esset, non enim puto æque scidisset inuentam in loco non religioso. Itaque rationem facti reddit. In Ecclesia Christi, contra auctoritatem Scripturæ, hominis pendere imaginem. Diserte & considerate, non vbiuis, sed in Ecclesia.

VIII. Ita se locum habere, nulla ambiguitas, sed hæc noua ingenia magna sed inter Papistas, ingenia, distinguunt imagines hominum purorum, siue prophanorum, & hominum sanctorum. Illas concedunt non debere in Ecclesia pendere: has contra. Quæstio ergo, vtas Epiphanius habuerit in mente. Illi priores tantum volunt. At nos vtasque; imo omnes absolute. Ratio nobis certa, quia Epiphanius, nullum dat distinctionis iudicium. Imo potius, Contra auctoritatem Scripturæ, hominis pendere imaginem. Nota, primo hominis imaginem: An vero homo sanctus, non est homo? Nam si homo, ergo sancti imago, est hominis imago. Et quomodo qui animal dicit, etiam hominem dicit, quia homo est animal, sic qui hominis in imaginem, etiam sancti imaginem. Deinde, contra Scripturæ auctoritatem. At Scripturæ auctoritas, nusquam distinxit imaginem hominis prophani, ab imagine hominis sancti. Cum ergo & vocibus vniuersalibus, & testimoniis generalibus, vtatur Epiphanius, quis sanus non dicat generaliter etiam scissis?

IX. Notanda etiam facti circumstantia. Accedit Epiphanius ad Ecclesiam non suæ diœceseos: imo sibi incognitam, & in prætereundo primum visam, itaque interrogauit, quis locus esset. Audito esse Ecclesiam, intrat, videt velum, obseruat imaginem, lacerat velum. Nonne id tibi videtur eius hominis factum, cui fuerit persuasum nullum velum habens imaginem hominis, in Ecclesia tolerandum? Nam si persuasa fuisset distinctio Papistica, nonne oportuit consultare? quærere, quæ, cuius imago esset? rem lente cognoscere: interrogare presbyteros in hominis vitam inquirere: Discant a se ipsis Papistæ. Nam si persuasum haberent nullum hominem canonizandum; nam illi, cum proponitur aliquis, non tanto solennitatis fastu rem peragerent, miracula numerarent, testes interrogarent, sed vel primas propositionis vculas cohiberent. Procul dubio ita fuit animus Epiphaniij, persuasus nullius hominis imaginem in Ecclesia esse debere, non disquisiuit, non interrogauit quenquam, sed zelo pietatis intentus, ut scilicet, & munitime papisticum furorem.

X. Denique adeo abest hoc commentum à verisimili, vt Alphonsus de Castro Epiphanium in Iconoclastis numerarit. Imo olim Damascenus oratione prima de Imaginibus, quod obseruat Vasques, hunc locum obiectantibus responderit postremo, si τὸ σκῆπτρον τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὃ δὲ λέγεται εἶς ἑκάστην ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν, ἔστι μὴ καὶ χεῖρ ἰσχυρῶς ποιῶν. ὃ δὲ λέγεται εἶς ἑκάστην ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν, ἔστι μὴ καὶ χεῖρ ἰσχυρῶς ποιῶν. Quod ratio fit, lex non est Ecclesiæ, neque vna hirundo facit ver: neque vna sententia potest vniuersa traditionem Ecclesiæ euertere. Alij, quibus non fuit pectus tam ferretum, in fallatores bilem exonerant. Denique Baptista breuiator Bellarmini, hanc solutionem negat placere, & refutat ex professo.

XI. Sed Vasques habet opposita argumenta, imo non argumenta, sed coniecturas, sic enim nominat Prima ergo coniectura: Si esset imago alicuius sancti, non diceret Epiphanius, Habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam, sed imaginem Christi, aut sancti. Particulam ergo, quasi additam esse, vt ostenderet, velum illud honoris gratia ita positum esse, ac si esset Christi aut sancti, quorum imagines merito sic in templo ponuntur.

XII. Imo, inquam, si esset imago alicuius prophani, non diceret, Habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam: nam si eum ardorem concepisset ex indignatione personæ; quam scisset esse prophanam, determinate dixisset. Quis enim credat, omisisse prorsus id, quod habere poterat vnicum fundamentum suæ Apologiae? Itaque longe probabilius, perinde fuisse Epiphano, cuiuscumque tandem imago esset, non tantum sancti, sed etiam Christi. Apparet ex addita parenthesi, Non enim memini cuius imago fuerit. Hæc enim causa est, quare dixerit, Christi vel sancti: non vero determinate alterutius. Quo ipso constat, perinde illi vtrumque fuisse: nec minus fuisse disceptatum, siue Christi ipse fuisse, siue alterius cuiuscumque sancti.

XIII. Atqui, inquit Vasques, parenthesis non debet, referri ad illud, Christi vel sancti cuiusdam, sed ad illud, habens imaginem; vt sensus sit, ideo dixi imaginem, quæ erat in illo velo, nec addidi, cuius illa fuerit, quia non memini cuiuscumque hominis esset.

XIV. Omnino, inquam, oportet, vt ne Papistis noceat Epiphanius, ita loqui, insulse, temere, stolidæ. Quis enim ferre queat: Vidi velum habens imaginem, non enim recordor cuius? Atqui breuiatori Bellarmini longe aliter visum, Quia illa ratio non est paritica, Enim, reddit rationem quare dixerit: Quasi Christi, vel sancti, alioquin cur apponitur? Quæ est illa ratio? Quia non recordor cuius imago fuerit, ideo dico me inuenisse imaginem honoratam vt imaginem Christi, vel alicuius sancti? Potius erat dicendum, quia non recordor, an fuerit honorata, vt imago Christi, vel imago sancti. Quare sensus verborum Epiphaniij erit, nisi admodum velis extorque textum, quia non recordor, an Christi, vel sancti, aut alicuius cuiuscumque fuerit imago, ideo dico inuenisse imaginem, quasi Christi, vel sancti.

XV. Secunda coniectura Quoniam statim addit, Illi contra murmurantes dixerunt, si scindere voluerat, iustum erat, vt aliud daret velum, & mutaret: quibus auditis promisit se daturum, & cessauit muturatio. At si imaginem Christi aut sancti, quam venerari potius debuerat, quamque eum ad finem populus suspenderat, cum iniuria scidisset, contra ipsum acius murmurassent Anablatani; quod Iconomachus esset. Probatur, quia si populus habebat imaginem Christi, aut sancti, ergo cultor erat imaginum. Item eodem tempore in Græcia imagines erant in magna veneratione.

XVI. Sed multa sumit Vasques, quibus fides nulla. Primo debuisset venerari imagines, hoc enim Papisticum, non Catholicum, at Epiphanius Catholicus, non Papista. Secundo, ad eum finem à populo suspensum velum. Nam vnde habet suspensum à populo, & non potius ab ostiario? Vnde rursus in eum finem, & non potius ad commoditatem aliquam templi? Nam huc facit locus: Solus enim puto, Christophorus Colossæus apud idololatrias, ianitor est, reliqui sancti non solent fores obstruere. Itaque Epipha-

nus idololatriæ Anablatanos nusquam arguit, vt videatur persuasus, non ferendas in templo imagines, etsi nullus honor deferatur. Tertio, tum temporis honoratas fuisse in Græcia imagines: nam hæc mera fabula est.

XVII. Tertia coniectura. Quoniam constat ex septima Synodo, & Damasceno; Epiphaniij discipulos, ei mortuo imaginem posuisse in templo. Sed hoc nos paulo post videbimus, quia iterum obiicitur ab iis, qui in alio sunt exercitu.

XVIII. Atque hætenus illi. Sixtus Senensis probauit Damasceni solutionem, quam eius verbis Græcis describo, ἰσοῦ ἢ μασκαίου Ἀγασίου, ἀπὸ τῶν ἀρχαίων τῶν ἐν Λαρίσι, ἠγάπησεν τὸ εἶδος τῆς ἀγίας λείψανα, μὴ δὲ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τῆς αὐτῆς καὶ τῆς ἁγίας, τὸ ἀποπνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας, οἱ τὰς εἰκόντας, ὡς ἐκ τῆς ἁγίας, ἀλλ' ἐπὶ κλητῶν καὶ σκίμων πειθαίκτης. τὰς τῆς πνεύματος οὐ μίας Epiphanius ἐπιδορυπότασεν ἡλίω, τὸ μὴ χεῖρ ἰσχυρῶς ποιῶν εὐνοϊοῦσιν, Scimus beatum Athanasium, prohibuisse in casulis reponi sanctorum reliquias, potiusq; iussisse condisci sub terram, cum vellet absurdam Aegyptiorum consuetudinem abrogare, qui suos mortuos sub terram non condabant, sed in lectis, & grabatis deponebant. Forte tale quid magnus ille Epiphanius volens corrigere, sanxerit ne fierent imagines.

XIX. Hoc κρηθὺζον improbat Vasques, negans accommodatam fuisse rationem prohibendæ idololatriæ, laudabilem Ecclesiæ vniuersalis consuetudinem omittens. Sed ille suas res semper agit. Nos concedimus voluisse Epiphanius, itidem vt Athanasium, ἀποπνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας: nec ἀποπνεύματος, sed etiam ἀποπνεύματος, & vt loquitur Tertullianus, principale crimen generis humani. Eoque magis virgemus tam illustre exemplum; quod docuit, quicquid adhibeatur cautionis, tamen nunquam satis prouisum fore idololatriæ periculo, nisi exturbatis penitus è templis Christianorum imaginibus omnibus, siue prophanorum illæ sint hominum, siue sanctorum, siue adeo ipsius Christi. In summa ὁρθῶς Ἀλαβιανὸς ἐπέωλεσεν: Bene coniecit Damascenus, ab sit vt non acquiescant, quibuscunque Christianitas est cordi.

XX. Supereft alter exercitus, eorum, qui hunc directe locum impugnant. Primus impetus eorum, qui ipsum Epiphanium infamant. Sicut diximus, Alphonsus de Castro annumeravit Iconoclastas. Nec Damasceni prima solutio longe abscedit, Vnam hirundinem ver non facere, neque vnius doctoris auctoritate totius Ecclesiæ consuetudinem debere euertere.

XI. Non probatur hic conatus Vasqui, negat enim aliunde constare Epiphanium Iconomachum vnquam fuisse. At nobis contra persuasum: si Iconomachi sunt, & Iconoclastæ, quicunque improbant Cultum imaginum religiosum, quique eas confingunt, cum in eum abusum deuenerint, tum profecto negari non potest in eo ordine Epiphanium fuisse. Eoque magis laudamus, qui scimus neminem Catholicum non eo modo & Iconomachum, & Iconoclastam fuisse.

XXII. Damasceni ratio esset plausibilior, si hypothesis verior. Nam & nos consentimus, nullius vnquam hominis, quicunque tandem sit, autoritate sola diuidenda esse religionis controverfias; maxime, si contra stet vniuersa Ecclesia. Sed oppositam fuisse Epiphaniij sententiam vniuersæ Ecclesiæ, hoc vero Damascenus Iconolatra potuit dicere, non æque potuit probare. Imo nos contra disputamus, & tum isto Epiphaniij exemplo, tum aliis multis argumentis probamus; neque vnquam, neque illo seculo vniuersali Ecclesiæ persuasum imaginum cultum.

XXIII. Reliqui, dum Epiphano suum honorem videri volunt sartum tectum conseruare, hanc totam narrationem supposititiã accusant, & à quodam Iconomacho fictam. Quod sane, si factum vnquam factum est male. Sed qui audaciam nescit, hoc vano strepitu non mouebitur. Solent enim iam pridem Iconolatriæ, non ex rebus ipsis iudicium facere de suis opinionibus, sed contra ex suis opinionibus res omnes æstimare, atque adeo, quos non possunt adodos soluere ingenioso aliquo commento, inuisitata assumpta audacia secare. Nos, quibus ij noti sunt, mittamus quod dicunt, quare dicant, expendamus. Nam & olim Synodus Parisiensis contra sensit, & non ita pridem Thomas Valdensis, Alphonsus à Castro Marianus Victorius, Gabriel Vasques, atque alij nonnulli Papistæ.

XXIV. Alaius Copus, totum corpus Epistolæ suggillat, sed oblique: & admodum leuiter, forte supposititiã esse Sed reliqui audacius seruantur in hæc duntaxat epistolæ partem. Vtrosque Vasques improbat. Alani coniectura facile confutatur ab autoritate Hieronymi; qui epistola 61. quæ est ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani, & de optimo genere interpretandi, huius ipsius meminit Epistolæ, atque adeo eius capita præcipua recenset, fatemur non inueniri Græca exemplaria, sed hoc si sufficit, tum vero quid de vniuerso Irenæi opere dicturi sumus? Quid de plurimis Origenis? Quid de Didymo de Theophilo Alexandrino? Vt alia mittam? Neglecto igitur Alano, reliquorum expendamus argumenta, qui duntaxat hæc epistolæ extremam partem impugnant.

XXV. Primum argumentum. Hieronymus ad Pammachium de optimo genere interpretandi, eius epistolæ geminum esse dicit argumentum, alterum, quo Ioannem reprehendat, cuiusque perstringat errores, alterum, quo pie cohortetur ad meliora, & ne reprehensionis libertate offendatur, postulet. Vnde, inquit Croquetius, nugamentum illud de scisso velo, Hieronymum non legisse fit luce manifestus.

XXVI. Respondeo, si Argumentum Croquetius intelligat id, quo comprehendatur paucis vniuersa Epistolæ materia, & quidem distinctis, neque vllis omisfis capitibus, tum vero ab Hieronymo non esse tale argumentum propositum. Etenim primam Epistolæ partem, & quidem prolixam de diacono, quem ipse Epiphanius ordinarat intra Ioannis diœcesin, prorsus omittit, quod tamen ad Ioannis errores non pertinet. Quod si non est integrum recitatum argumentum, non est tam hebes Croquetius, vt non videat sui argumenti aciem hebetatam. Tam enim potuit illud de velo scisso legisse ad calcem Epistolæ Hieronymus, quam ad initium illud de Diacono, & tamen omisisse, nimirum, quia nihil istæc pertinet ad Ioannis errores, qui ei negotium facebant.

XXVII. Secundum. Quia hoc quicquid est de velo, additum est, post finitam Epistolam, quod cuius legenti perspicuum est.

XXVIII. Respondeo; claudi non totam Epistolam, sed eam tantum partem, quæ erat præcipua, atque ipsum adeo τὸ ἄρον epistolæ, nempe de Erroribus Origenis. Tum at textu τὸ πέρρον, ad finem, vt amat fieri. Exem- plum habes

plum habes in priore ad Corinthios. Nam c. 15. clausula est, *Itaq; fratres mei dilecti, firmi estote, immoti, abundantes in opere Domini semper, quum sciatis laborem nostrum non esse inanem in Domino.* Qui certe finis esse queat Epistola. Et tamen sequitur c. 16. cuius initium, *Porro de collecta in sanctos;* & quæ sequuntur. Iustinianus, *Hæcenus Apostolus de dogmatibus disseruit, iam in fine Epistola de beneficentia & caritate in pauperes nonnulla præcipit.* Comparet eruditus lector & iudiciosus utramque, tum hanc Pauli, tum illam Epiphani; & videbit vix esse ouum ouo similis.

XXXIX. Tertium. Iconomachi non obiecerunt hunc locum iis, qui aduersariam sententiam tuebantur: cum tamen obiecerint omnia dicta Patrum, quæ vllum colorem habere poterant.

XXX. Sed falso ponitur omnia fuisse obiecta. Nam tum ex Latinis, tum ex Græcis non pauci sunt loci, iconoduliam confodientes; quos illi tamen nunquam obiecerint leguntur. Patet ex collatione huius disputationis, in qua reperias, qui nulli sunt in Actis Nicæni Conciliabuli. Ex Clemente Alexandrino nihil, nihil ex Origene, ex Iustino Martyre nihil. Ex Eusebio Cæsariensi, vnici locus, itemque ex Athanasio, atque aliis. Nisi forte hæc itidem omnia supposititia e contendant boni viri, suo vbiq; iure vtentes.

XXXI. Quartum. Epiphanius Diaconus in ea Synodo Nicæna, conuincit duo alia loca similia eiusdem Epiphani; scriptis fuisse inserta ab hæreticis.

XXXII. Respondeo, Diaconum illum non conuincere, sed argumentis quibusdam conicere: quibus quantum in sit fidei, sciremus, si epistolam illam haberemus, quæ tum proferebatur. Deinde argumenti nulla vis est. Quis enim ferat, ex eo quod illos duos locos supposuerint olim illi. Ergo & hunc esse suppositum? Sed hoc sibi permittit eisdem, qui ne Honorium quidem ferre possunt damnatum in Constantinopolitana Synodo; simili argumento. Quod si obtinere permittitur, quid erit tandem, quod Papistis possit obici, cuius fides non vacillet? Denique res sunt dissimiles. Hunc locum habemus ex Hieronymo, in cuius operibus legebatur iam olim. At Hieronymum non ausit aduersarij tanti criminis insimulare.

XXXIII. Quintum. Discipuli Epiphani; in eius templo imaginem eius posuerunt, quod certe non fecissent, si eorum præceptor dixisset id esse contra Scripturæ autoritatem.

XXXIV. Sed nihil est certi. Nullus enim testis præter eundem Diaconum; cui quantum sit ferendum, vel inde constat, quod traditionem imaginum audeat arcescere ab ipso ferme Ecclesiæ initio. Ego illi crediderim accidisse, quod pueris, qui, quia domum ædificari nunquam viderunt, domos credunt æternas. Ite, quia non aderat, cum primum in templa inferrentur imagines, credidit ab initio factum, & in Epiphani; templo, ab Epiphani; discipulis. Enimvero, qui post Epiphani; vixit annis quadringentis (sic enim ipse notat) qui scire tam certo potuit? Nisi forte discipulos appellet etiam seculis aliquot remotos. Nam huic quidem templo verisimile est, idem quod reliquis accidisse.

XXXV. Sextum: Quia tempore Epiphani; viuebant Basilius, Nyssenus, atque alij, qui imagines in templis laudabant.

XXXVI. De Basilio falsum, vt alias ostendimus. Nysseno fuisse templi ornatum probatum legitimus, & in eo picturas ad vsum historicum. At vela pendentia, & in iis vnam hominis effigiem, nunquam. Deinde, quid tum? Constat enim recentem fuisse eum vltim: itaque ab aliis vsurpatum, an ab aliis improbatum. In qua incertitudine, quid consultius, quam, hominum autoritate seposita, Deum consulere? Nam Nysseni nulla maior autoritas, quam Epiphani;. At Epiphani; factum magis ad Scripturas, quam Nysseni.

XXXVII. Septimum. Illud, *Contra autoritatem Scripturarum pendere in templo hominis imaginem;* indignum est Epiphani; viro doctissimo, cum sit ineptissimum. Nusquam enim id legitur prohibitum, imo contrarium potius, vt patet ex Cherubinis in templo Salomonis.

XXXVIII. Sed ineptias qui in aliis tam confidenter reprehendunt, ipsi suam stupiditatem non sentiunt, furorẽ etiam dissimulant. Nam hæc sane sententia, & vera est, & pia, & digna Episcopo: quod cuiuslibet iam constare potest ex præcedenti disputatione: in qua etiam actum de Cherubinis.

XXXIX. Octauum. Gregorius lib. 9. Epistola 9. dicit nullum vnquam Episcoporum, ante Serenum Massiliensem fregisse imaginem Christi, vel Sanctorum.

XL. Respondeo, Gregorium falso dicere, vt solent supersticiosi, multa dissimulare, quæ sibi non fauent. Quænam potest distinctione excusari. Nam Serenus, non vnum velum, & quidem ad fores pendens, scidit: sed statuas plurimas fregit: vnde patet, opposuisse sese consuetudini, quæ iam plurimum inualuerat. Ast Epiphanius nihil tale: nam velum ad fores appensum, qui fregit, is nulli se opposuit consuetudini, sed factum vnum particu-

lare & indiuiduum, idemque temerarium & inconsideratum cotrexit. Sed non magni tamen interest, vere an false Gregorius sit loquutus.

XLI. Nonum. Stylus non conuenit cum reliqua Epistola. Et notat Croquetius primo, *Audiq; quosdam numerare,* phrasin spurcam, indignamque Hieronymo. Item, *Decet honestatem tuam,* ex Gallico Idioutismo.

XLII. De Stylo, Valques, *Hæc ratione vtuntur seueri quidam styli censori: qui vbi vix ulla styli discrepantia apparet, magnum sibi discrimen odorari videntur.* Omnino ita est. Itaque simplici negatione argumentum eueritur. Audiui numerare; spurcam phrasin, fateor. sed quibus aut oculis, aut codicibus vsu dicar: us Croquetium? Nam editio non tantum Erasmi, quem vix aliter quam corruptorem Antiquitatis infamant hodierni Papistæ: sed etiam ista recentior Mariani Victorij; vtraque, inquam, legit *murmurare.* Honestatem cur Gallico idiomati tribuit, & non agnoscat apud Græcos vltatissimam *τιμότης*. Apud Chrylostomum Epistola 214. Et cur indignam dicat Hieronymo, potius, quam *dignatio vestra,* epistola ad Alyprium & Augustinum?

XLIII. Decimum. Sanderi apud Hospinianum, quamquã est de re ipsa potius, quam de Epiphani;. Si aliqua imagines permitti possunt, vbi potius permitterentur, quam in Ecclesiis? Ast alicubi permitti possunt.

XLIV. Elegans, ita me ament omnes, argumentum, dignumque Papistica, Dialectica, dicam, an Theologia? Quasi quicquid alibi permittitur, in Ecclesiis etiam sit admittendum. Et quia in latinis (honor sit auribus) Ventrem licet exonerare, in ipsis etiam Ecclesiis sit permittendum. Nã cur abhorream ab hac similitudine, cum Scriptura statuas adorationi factas, appellet stercora?

XLV. Vndecimum, eiusdem Sanderi. Epiphanius fuit obseruantissimus Traditionum. At Imaginum cultus est traditio. Ergo non est verisimile impugnatum esse ab eo cultum imaginum.

XLVI. Sed Epiphanius, si nunc in viuis esset, negaret: nos pro eo nunc negamus assumptionem: quam ne hodie quidem probare potest, quantum est Papistatum. Et contra: Epiphanius erat Traditionum obseruantissimus: at non colere in templis imagines, erat tum temporis Ecclesiastica traditio: Ergo verisimile est Epiphani; non coluisse imagines. Deinde, qui traditionum sunt obseruantissimi, si iidem sunt Catholici, distinguunt traditiones conformes Scripturæ, ab oppositis, & has semper tantum abominantur, quantum illas amant. Itaque etsi tunc fuisset traditio de adorandis imaginibus: sicut fuit aliquot post eum seculis, proculdubio esset detestatus.

XLVII. Duodecimum, rursus Sanderus. Nihil est in scriptis Epiphani; simile. Quod si eo fuisset animo, omnino cultum imaginum inter hæreses retulisset, multisq; confurasset.

XLVIII. Respondeo, primo poni absurdum. Nam si hæc Epistola est inter scripta Epiphani;, cur neget quis in scriptis Epiphani; nihil eiusmodi contineri? Tolerabilius dixisset in reliquis. Sed tum, quid ad rem? Aut quid obstat, quominus in singulis scriptis, quædam sint peculiaria quæ in aliis non reperiantur? In vita Pauli, quam scripsit Hieronymus, habes Satyros illi in heremo vifos: Nihil tale in aliis vllis libris Hieronymus dixit: Quid inde Sanderus inferet? Secundo, id ipsum negatur. Nam disputatio contra Collyridianos, non abhorret ab hoc loco. Tertio, Epiphanius; recensendis hæresibus id consilij habuit, vt eas refutaret, quæ aut certos autores, aut certe suos haberent sectatores, habuerantve. At tum temporis nulla eiusmodi, aut erat aut fuerat hæresis, quæ Christianis obruderet adorandas imagines, aut etiam in templis consecrandas. Sed fuit hic de velo casus fortuitus, in vno tantum ignobili viculo, neque pertinaciter ab eius loci presbyteris defensus. Quis hunc miretur in hæresibus non numeratum?

XLIX. Decimum tertium est apud Baronium. Ioannes Hierosolymitanus, ad cuius diocesi id templum pertinebat, nunquam id factum obiecit Epiphani;. quod tamen ei magno cessisset dedecori, conscindere in aliena diocesi sacras imagines, qui easdem in omnibus Ecclesiis esse patiebatur.

L. Respondeo, hoc, quod postremum est, falsum esse. Nam quomodo in omnibus Ecclesiis esset passus, & in sua diocesi, qui in aliena, & in obscuro loco non potuit? Itaque prorsus fictum; quicquid Damascenus dixit erit, & Epiphanius ille alter Diaconus. Secundo, Ioannes suos ipse honori prudenter consuluit, qui hæc de re questus non sit. Quantum enim Epiphani; ius accessisset in eum declamandi, si ad errores Origenis, qui obiciebantur, addidisset idololatram, tantopere à veris Christianis detestatum? Itaque longe fecit sapientius, qui negligentiam suam in purganda diocesi noluerit *ἡγροῦναι*: & bene mouenti potius cesserit.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in two columns and is mostly obscured by the paper's texture and discoloration.

AT THE BOTTOM OF THE PAGE